passare. Y finalmente por que este vltimo Documēto acabe cō lo que començó el primero, *Et studium de quo agimus tali peragatur exitu, quali fuerit principio inchoatus.* Lo primero y principal, que el virtuoso estudiante ha de hacer luego por la mañana , sea emplear aquella primera hora en oyr Missa, y encómdarle à nuestro Señor muy de veras, pidiendole le dé gracia para que todo lo que aquell dia hiziere, dixeret y pensare vaya endereçado à honra y gloria del mismo Dios, y al prouecho y bien suyo.

Estos diez Documentos se encierran en dos, no offendrá à Dios por ninguna cosa, y no perdiendo el tiempo apropuecharse à si mismo.


F I N I S.



(9)

Repetitio ad Lex. m. l. s.
ante accusum. > Judica-
tum solum Q.D. Pn-
tonij Richar-
do, et Yr-
nuesas.






Satisfactionis & clausula

UDICATVM SOLVI.

Extemporalis disputatio, ad explicationem
difficilis ac inaccessi. I. C. T. responsi lib.
27. ad Edictum Prouinciale in l. si ante ac-
ceptum iudicium. VII D. Iudicatū solui. Pe-
titoribus Perpetuæ cathedræ Digesti No-
ui, vt nouum in cathedræ petitione erudi-
tionis specimen ederent, à Salmanticensi
Academia. X. Kal. Nouemb. Anno. 1600.

Auctore Antonio Pichardo Vinuela cathedræ peti-
tore, apud eoldem Salmantenses. I. V. D. &
iam diu publicis stipendijs Iustinia-
nei Codicis Antecessore.



Permissu superiorum.

Excudebat Andreas Renaut.
Salmanticae. 1600.



A N T O N I V S P I C H A R D O
Vniuersa charissimis iuris studiosis, discipulæ
Academicæque, & ingenuæ Salmati
censi iuuentuti S. dico.

V V M iam antea, postquam in hanc Sal-
manticensem Academiam pedem intuli,
vestrisque obsequijs ac ministerijs me ad-
dixi, non mediocre specimen exhibuerim
quatumque vestris omnium cōmodis insudauerim
satis testatū ac manifestū constituerim: nō putauit ra-
tioni consentaneum vt hoc literarum certamen in
quo mei antagonistæ quid possint & valeat toto co-
natū conantur ostendere folus detrectare velle, aut
putarer, aut iudicarer. Poteram equidē (nisi fallor)
hac ostētatione supersedere, quippe qui persuafum
habeam vos iam qui subtilitate ingenij, industria &
acumine mentis excellitis quantū cæteros in expo-
nendis legibus, in enodandis difficultatibus antecel-
lam, satis superque intelligere, ac etiam non semel
examinasse. Quā tamen hæc ita sint, volui tamen or-
dinem persequi perulgatum & tritum vt si qui hic
adſunt quibus quid in explicando, iudicando, disce-
ptando valeam non satis sit exploratum, vel ex hac
disputatione (quā solam nobis, vt de nobis iudiciū
fiat proponit Academia) velut ex vngue leonē cui
sit potissimum huius certaminis honos demandandus
possint omni dubio procul djiudicare. Non postu-
lo, viri clarissimi, vt meæ gratiæ (in qua me non infi-
cior mediocriter apud vos valuisse) aliquid cōdone-
tis, sed si mei labores clariores luce meridiana fue-
rint, merito obsecrabo, obtestaborque vos iudices
incorrupi, vt me cæteris qui id præmij petunt antef-
ratis.

ratis. Si id sit dādo atq; tribuendo nil mihi peto. Imo
libēter alijs palmā cedo. Nullus enim hodie(qđ etiā
nemini ē vestrū ignorare arbitror) min⁹ potēs, minus
valēs quā ego, in ea parte quam, proh dolor, pleriq;
exercēt, & nostra in fælicia sæcula patiūtur & tolle
rant. Vnde fit vt nemini obscurū esse possit qua men
te & animi cādore dignitatē hāc ambire soleā, quip
pe nō potētiū gratia, nō diuitiarū magnitudine, nō
donis aut munēribus (quibusvt inveteri paremia est
vel dij ipsi capiūtur) sed diurnis, nocturnisq; studio
rū vigilijs, meritis, & doctrina fretus. Ergo si cuius-
que merita sūt expēdēda, quis me ipso in laboribus
patiētior? quis in inferuiēdis vestrīs cāmodis diligē-
tior? quis in vestra & totius Academiæ dignitate tuē-
da vigilātior? Nihil detrahēdi alijs causa dico, mihi
mihi temere arrogo, doctissimi sunt competitores
mei, sed me prælegēte, scitis omnes, ita illorū gymna-
sia destituūtur, ita mea cōplētūr, vt hinc sc̄euolā aut
Papīonianū credas respōsa dare, illinc aduocatos mī-
norū gētiū proclaimare. Quod aliud possis argumē-
tū reperire nō inuenio, vt aliquē præstare alijs ostē-
das, quā si doceas & significes illū hominē ingenio
subtili, memoria firma, doctrina solida, & dicēdi me
thodo præualere. Hæc & alia quæ prætermitto, &
vos optime percalletis, vos viri humanissimi, inuita-
runt, adegerunt, & impulerunt, vt mihi fidem vestrā
astringeretis, & opem policeremini; vos, si se of-
ferret occasio omni diligentia, labore, cura, &
ope mea negotia curaturos. Adeſt nunc occasio, fa-
cite vestra nunc promissa appareant, quū præsertim
apud animos vestros sit infixum, vos hæc beneficia
in hominem beneficij memorē, vobisque deuinctis
ſimum collocaturos.

M I C H A E L I S C E I V D O M I
litiæ de Calatrava in extemporem l. si ante
acceptum iudicium. 7. D. iudicatū solui ex
plicationem , & Doctoris Antonij
Pichardo Vinuela Præce-
ptoris laudem.

*Publica difficultas referas glossemata legis,
Quæ procul à trito tramite limen habet.
Sedulus hæc referens iuuenum monimenta ceteruis
Allicis eductos in tua vota viros.
Dum properans hostis vocat in certamen , amictum
Viribus ingenij te noua pugna iuuat.
Marte sub aduerso non te regalibus armis
Protegis, aut ventis aurea tela iacis.
Namque iterum Pallas, sed vertice prodit inermis.
Nascitur, & magno nuda Minerua luce.
Dedecet acta dolis victoria: dedecet omnes
Fraudibus insignes palma canenda duces.
Tu meritis vincis: tua te dignissima virtus
Donat, & ipsa tuis gloria rebus inest.
Fructibus hisce tuis omnes potiuntur opimis,
Sparsa nec in sterili semina condis humo.
Pro fructu lolium, pro flore ligustra videbis?
Arte laboratas has leget alter opes?
Incrementa paras tibi laudis reddere: tancis
Legitimus scriptis sollicitatur honos.*

Disputa

Disputationis. I. si ante acceptum Iudi- cium. VII. D. Iudicatum solui.

S U M M A R I O.

- 1 Satisfationes in iudicijs qua ratione præstentur.
- 2 Satisfationis Iudicio sibi originem, progressum & potestatem qui explicet.
- 3 Vocatus in ius ni iret, obtorto etiam collo rapi, & inuitus trahi poterat, antestatione tamen prius facta.
- 4 Vocare in ius, non citare significat, sed reum ad tribunal Prætoris trahere. Contra Ioan. Robertum. & Ioan. Baud.
- 5 L. sed & si is. 27. D. de in ius vocando: l. si quis ex aliena. 5. D. de iudicijs.
- 6 Vocatus in ius ne eat, vadimonium præstare oportet; & quare vadimonium dictum quod à vocato in ius præstatur.
- 7 Vocatus in ias nisi satisdet, aut immobilia possideat Hispano iure incarcarem detruditur: nec extrahi inde potest nisi præstitis fideiussoribus dela Haz.
- 8 Iudicatum solui stipulatio quid contineat: & eius formula remissive.
- 9 Iudicatum solui stipulationē qui præstare teneantur: & infra. n.
- 10 Iudicatum solui stipulationem non præstat procurator cuiusdam in mandato eam interposuit.
- 11 Iudicatum solui satisfatio ex tabellionum stylo in omnibus ad jicitur mandatis.
- 12 Iudicatum solui satisfatio à domino interposita quando non relevet procuratorem ab onere satisfandi.
- 13 Satisfandi ab onere quis liberetur:
- 14 Iudicatum solui stipulationis tres clausulæ. De re iudicata: De re defendenda: De dolo malo.
- 15 Clauſulæ de re iudicata vis & potestas.
- 16 Iudicatum accipere debemus ab eodem iudice non ab alio: & infra num. 98.
- 17 Causa de re defendenda quid comprehendat.
- 18 Clauſula de dolo quid in hac stipulatione contineat.
- 19 Procurator quis sit, & quatenus à defensore differat. & n. 84.
- 20 Cognitor quis: & quale hodie eorum officium.

- 21 L. si ante acceptum iudicium. 7. D. iudicatum solui: eius author, & vera lectio animaduersa.
- 22 L. si ante acceptum Summa & Accursij, ac Bartoli argumen ta contra eam usque ad nu. 30.
- 30 Accursij prior ratio ad hanc legem: reprehenditur ex. n. 32. Iudicatum solui stipulatio corrumpitur procuratoris à causa mutata: & late sequentib. numeris.
- 31 Mutatio formæ totam rem perimit.
- 33 Accursi, secundario ad hanc legem: conuincitur. nu. seq.
- 35 Lectio huius legis ex Angelo Politiano & Gregorio Haloëd. quæ tamen reiicitur nu. 36.
- 37 Alberici ratio ad nostrum textum: & eius reprehensio.
- 38 Vera ratio Responsi Caij.
- 39 L. si defunctus. 15. D. de procuratoribus: & nu. 67.
- 40 Iudicatum solui stipulatio iudicij præparatoriū est.
- 41 Præparatorij ad præparatum quando argumentum valeat, & in iudicij & contractibus.
- 42 Mors quoad voluntatis reuocationem minus quam expressa voluntas operatur.
- 43 Iudicatum solui stipulatio facit rem non integrā, si Dominus qui satisdedit idoneus fideiussor est.
- 44 Iudicatum solui stipulatione interposita potest procurator ex presse reuocari. contra Bartolum. & num. sequentius.
- 47 L. Titius. 76. D. de procuratoribus.
Procurator causa cognita lite etiam contestata potest reuocari: & n. 72. cum sequentibus.
- 48 Iudicatum solui stipulatio qua ex clausula hic fuerit cōmissa magna controuersia. & latè sequentibus numeris.
- 49 Rogerij opinio existimantis ob rem non defensam stipulationē hic fuisse commissam.
- 50 Reprehenditur Rogerius.
- 51 Noua huius legis interpretatio.
- 52 Hugonis lectura, qui ex clausula dedolo committi hic stipulationem ait.
- 53 Dolus quando committatur.
- 54 Hugonis sententia improbatur.
- 55 Ioannis opinio verior qui ex clausula de re iudicata stipulatio nem hic commissam arbitratur: & num. sequentibus.
- 56 Iudicatum solui stipulatio à quo interponenda:

- 57 Nostri textus vera explicatio.
- 58 Verbum Ratum. quid significet.
- 59 Testamentum eius qui apud hostes decessit ratum, id est firmum.
- 60 Procuratoris renovatio ignorantie auctore nulla.
- 61 Noster textus in principio. & in vers. Quod si quis sciens.
- 62 Noster textus in vers. Siue etiam prohibitus.
- 63 Noster textus. in vers. Nam ut committatur.
- 64 L. seruus. 14. D. de his, qui not. infamia. & num. 67. & sequentibus.
- 65 Instantia cum defuncto cœpta transit in heredem.
- 66 Translacio iuditij à procuratore in dominum fieri potest, & è conuerso: & latè ex nu. 69.
- 70 Accursij interpretatio prior ad L. Julianus. 11. D. qui satisfare cog. quæ tamen reijcitur. n. 71. & sequentibus. usque ad. numero. 77.
- 72 Procurator lite contestata efficitur dominus litis.
L. 1. C. defens. & interlocut. omn. iudicium,
- 73 L. 1. §. fi. D. quib. mod. pig. vel hyp. soluit. & nu. sequentibus.
- 77 Mutatio qualitatis procuratoris siue defensoris ex parte rei impedit stipulationem Iudicatum solui committi: Secus si ex parte actoris mutatio contingat.
- 78 Differentiæ ratio inter hos casus ex Accursio: quæ tamen reprehenditur. nu. 79.
- 80 Defenditur Accursius à Bartoli impugnatione.
- 81 Alia differentia ex eodem Accursio, quæ etiam reijcitur. num. 82.
- 83 Martini proponitur. explicatur, & notatur. nu. 84.
- 85 Bartoli vera differentiæ ratio late explicata, & omnibus huius legis partibus probata. nu. sequent.
- 90 Mutatio qualitatis ex parte actoris etiam stipulatione viceret, quibus casibus is satisfare teneretur.
- 91 L. 3. §. stipulationem. h. t.
- 92 L. licet. 56. D. de iudicijs.
- 93 L. si petitor. 8. Infr. h. t.
- 94 L. si eum hominem. 34. D. de fideiussoribus.
- 95 Iudicatum solui stipulatio non committitur mutata actione
siue

sine reg.

96 Iudicatum solui stipulatio cessat ex mutatione intentionis
animi agentis.

L. 3. §. sed quod de tutorc. h.t.

97 L. . . §. fin. D. de administ. tut.

99 Iudicatum solni fideiussor an liberetur per appellationem à rea-
vel ab actore interposita,

100 Iudicatum solui stipulatio utrum aduersus fideiussores statim
conimitatur, ita ut absque novo processu exequi possit.

EX TEMPORALIS

Commentarij L. Si ante acceptum iudicium. 7. D. Iu- dicatum solui, in petitione perpetuꝝ Cathedraꝝ. Digesti Noui

PROTHEORIA.

SATISDATIONVM quæ in iudicijs præstantur, quamquam omnes eò tendant, ut res iudicio factio parata sit, ut apud Marcum Tullium in oratione pro Quintio, & reorum ludificationes coercentur, ne aliàs iudicium cludatur: quædam tamen non tam pertinent ad rem iudicatam, quam ad iudicandum. Primum enim in ius vocati, aut statim ire debet, aut satisdare iudicio sisti, iuxta veterem Romanorum usum, (de quo † & de vadimonijs, & stipulationibus, quas de iudicio sistendo, ne inuitus in iudicio raperetur, quis interponebat, plura accuratè scripserunt Franc. Duarenus lib. 1. disputat. anniversar. cap. 1. Anton. Goueanus lib. 1. variorum. cap. fin. Lilius Gitaldus in dialogismis, dialogismo. 9. Jacob. Re-

A uardus



2 L. Si ante acceptum iudicium. 7.

uardus ad leges duodecim tabularum cap. 5.
& lib. singulari pro tribunalium cap. 4. &
lib. i. variorum. cap. 6. & lib. 2. cap. 7. & in. l.
16. D. de regulis iuris. Guillielmus Poletus de
rebus Atheniensium. cap. 25. Petr. Faber in. l.
nemo de domo. 103. & in. l. eo quod plus. 110.
D. de regulis iuris. Iacobus Cuiacius. lib. 7.
obseruationū. cap. 16. & lib. 10. cap. 10. Petrus
Nanius. lib. 10. miscellanearum cap. 1. Ioannes
Hannequinus in notis errorum Accursij sub
titulo de *in ius vocando*. Franc. Balduinus ad le
ges duodecim tab. cap. 40. apud quos f̄ recep
tum fuit magistratu, aut eius viatore minime
conscio, aduersarium in ius vocare; & aut
cum illo de die certa, locoque seu foro certo
conuenire. l. de die. 8. D. qui satidare cog. aut
inuitum reluctantemquē, obtorto, quod
aiunt, collo in ius, hoc est ad tribunal Præto
ris, testatō tamen, trahere, vt apud Plautum
in Pænulo, Horatium. lib. 1. sermonum. Saty
ra. 9. vbi qui trahit in ius antestatur prius;
quod & eo loci relatis à Porphyrione legum

Lex xij. ta-
bul. de *in ius
vocando*.

xij. tab. verbis significatur. Scilicet. *Si in ius vo
cat, ni eat, manum in ijsito, encapito antestari.* id est, vt
recte eruditus Iacobus Cuiatius interpreta
tur, dicto lib. 7. obseruation. cap. 16. qui reum
in ius vocat non eunte m duçat manu inie
cta, & antestetur: nec enim iure ducitur quis,
nisi

nisi antestatus: nisi impunis & infamis homo
in ius vocaretur, quo casu nihil antestatione
opus fuisse, ex codice Plauto costat, nam Saturio
vocanti in ius, sic Leno. Non ne antestaristum
ille, tua ne causa carnufex cuiquam mortali libero au-
res attoram? Qui hic commercaris ciues hominis libe-
res? meminit Ant. Quintana Dueñas. lib. 1. de
iurisdict & imperio. titulo. 4. nu. 21. Itaque † 4
costat in ius vocare non citare (ut vulgus in-
terpretū putat) sed reum in iudicium vocare;
ita ut statim ire se quique vocatē debēret,
vel de eundo cauere, vel satidare significare:
quod ni fecisset, antestatione illa prius habi-
ta, rapiab actore etiam invitū & reluctā ad
iudiciū trahi poterat, nec ipse per se, aut per
aliū quicquam facere, quominus iret licebat,
Quo respiciunt tituli quintus, sextus, septi-
mas, & decimus, lib. 2. Pandectarū. D. *siquis in* Tit. 5. 6. 7.
ius vocatus non ierit: Siue quis eum vocauerit quem ex & o. lib.
edicto non debuerit: D. in ius vocati vt eant, aut satis vel 2. Pandect.
cautum dent: D. ne quis eum qui in ius vocabitur vi exi-
mat: D. de eo, per quem factum erit, quominus quis in
iudicio sistat: & lex illa antiqua duodecim ta-
bularum. cuius meminit Agellius libro. 20.
noctium Atticarum. capit. 1. & integra ver-
ba recenset ex Cicerone libro. 2. de legibus
Franciscus Baldinus ad leges duodecim ta-
bularū. cap. 40. Si quis in ius vocatur (inquit lex) Alia lex 12.
tab. de in ius
vocando.

4 L. si ante acceptum iudicium. 7.

si morbus æuitasve vitium esset, qui in ius vocabit iumē
tū dato, si nolit arceram ne sternito. Et Valerij Maxi-
mi testimonium, qui lib. 2. tit. de Institut. an-
tiq. in ius vocanti matronam corpus eius tan-
gere prohibitum fuisse ait. & Noni Marcelli,
qui in ius vocare pro trahere, siue ducere positū
dixit. & Domitij Vlpiani, qui hac de causa, ne
que magistratum, neque Pontificem dum sa-
cra facit; item nec alios, qui iustis de causis
occupati essent, aut parētes, quibus tanta à fi-
lijs debetur reuerentia in ius posse vocari re-
spondit: Et Horatij d. lib. 1. serm. Saty. 9. vbi
Acron, Porphyron, eruditus Lambinus, &
nouissimus Cruchius adnotarunt. Et ex Plau-
to, Terent. Ciceron. & alijs, critici iam addu-
cti. Quāuis ex eis sint qui totum hoc negēt,

Ioan. Rober. Ioann. Robert. lib. 3. sentent. cap. 1. Ioannes
& Loā. Baudius notati. Baudius lib. 2. quæst. iuris. cap. 1. contenden-
tes in ius vocare, verbalem solum citationē,
non autem violētam ductionem significare,
5 moti Iulij Pauli & Vlpiani autoritatibus: † il-
lius in l. sed & si is. 21. D. de in ius vocādo vbi
cum qui domi sit, quāuis de ea inuitus extra-
hi non possit. l. pleriq; 18. D. illo tit. l. nemo de-
domo. 103. D. de regul. iur. (quæ hinc veram
accipient interpretationem) in ius tamen vo-
cari posse Paul. ait: huius in l. si quis ex aliena.
5. D. de iudicijs. vbi Vlpianus scribit, cum qui

ex aliena iurisdictione in ius vocatur, venire debere priuilegia saltim sua allegaturus: nam si manu traherentur (aiunt Rob. & Baud.) qui vocarentur in ius, necesse non esset præmonere eos, ire aut venire debere. Sed hæc testimonia nō mouere debuissent eruditos viros: sic enim Pauli accipiendum est, eum qui do-
 milatitet in ius vocari posse, hoc est citari, &
 denuntiari, vt iudicium non subterfugiat, ea
 forma quam scripsit Iacob. Cuiacius lib. 7. ob-
 seruat. cap. 15. Iacob. Reuardus lib. sing. Pro
 tribunalium. cap. 3. licet eo casu rapi nō pos-
 sit, ex ratione d.l. plerique. *quia domus tutissimū* L. plerique.
cniq̄ refugium atque receptaculum sit. quæ exorna-
 ri potest ex Cicer. pro domo sua. iuxta quam
 accipienda est d.l. sed et si is. quæ cum eo casu
 quo quis domi sit neget inuitum rapi posse,
 haud dubiè probat in alijs casibus in ius voca-
 tam, ni sequatur, manu trahi. Quod & indi-
 cat inscriptio tituli sexti d.lib. 2. Pandectarū,
In ius vocati ut eant, aut satis vel cautum dent. quæ
 præcipit ire vel satis dare: atque ita, non satis-
 dantem, inuitum duci. Nec obstat quod dica-
 tur ire, & non rapi. quemadmodum in dict. l. si L. si quis ex
 quis ex aliena, venire nanque id non excludit, aliena. 5. D.
 quin si sponte & vltro sequi vocantem no- de iudicijs.
 luissent, etiam reluctantes trahi possent, vti
 animaduertunt Cuiacius & Faberiam relati.

6 L. Si ante acceptum iudicium. 7.

6 Ergo aut † personaliter in ius vocatus ire debebat, aut vadimonium præstare, id est sponsores rei sistendi iudicio, qui vades ideo dicti, quod qui eos dederat vadendi & discedendi habebat potestatem apud Horatium lib. 1. serm. saty. 2. Ciceron lib. 3. offici. & 2. de finib. & in orat. pro Quintio. Plinium lib. 8. Epistol. & in præfatione Hist. nat. in Gaio. Suetonium in Caligilla. Joseph. lib. 16. cap. 10. Apuleium lib. 9. de Asino Aureo. Agellium lib. 2. cap. 14. & apud alios bonos authores. Vnde †

Ius Hispanum. apud nos originem duxisse videtur praxis sanitandi iudicio sistere, quod si quis non satis dederit, nec immobilia possideat in carcere ut detrudatur. l. sciédu. 15. D. qui satisd. cog. & magis ex l. 2. tit. de los emplazamientos l. 1. tit. de las ferias, l. 7. tit. de las testimoniias. lib. 2. For. obsecuat Roder. Suarez in d. l. 2. nu. 7. Nec extrahē dus inde est nisi cum fideiussoribus de la Haz. ut post Rodericum notat Martin. Olahus in concordia iuris lit. S. nu. 3. & liteta R. nu. 21. Ioann. Matienço in l. 3. titulo. 16. libro. 5. Recopilationis. & in l. 10. titulo. 16. codem libro. Gregorius verbo, pero fino fallasse. l. 41. titulo 2. part. 3. quamuis eo casu iure communi sufficeret iuratoriam cautionem interponere, iudicio sistendi, & iudicatum soluendi. Socin. in l. 1. nu. 22. D. qui satisd. cog. Maranta de ordi-

de ordine iudiciorum. 6. part. membro. 8. Bernardus Diaz regula. 660. quæ quidem cautio iudicia ad sententiam usque ruetur.

Rem vero iudicatam ea quæ à Triboniano hoc septimo titul. lib. 46. Pandectarum inter prætorias stipulationes annumeratur, & à Iustiniano ex principio, Inst. de satisfactionib. exponitur, appellaturque *Iudicatum solui*: eō quod stipularetur quis, ut solueretur sibi, quod fuisset iudicatum: uti ex eius formula constat, quam nominatim recentet Iacobus Cuiacius lib. 10. obleru. cap. 29. ad finem mirorque omisisse diligentissimum Barnab. Brisson qui eius stipulationis meminit. lib. 5. de formulis. pag. 437. Plane + satisfactionem *Iudi-
catum solui*. illi tantum præstare olim cogebantur, teste Iust. vbi supra, qui vel reali, vel in personam actione, non suo, sed alieno nomine conueniebantur. Quomodo intelliges textum in. l. de die. 8. §. si seruus. D. qui satisd. cog. l. sed & hæ personæ. 35. §. non solum. D. de procuratorib. l. si ad defendendum. 10. infra h. c. quanvis hodie qui alieno nomine conuenit, & procurator est, si dominus præsens est, nō satisdet: sed ipse reus sub hypotheca suorum bonorū satisdat, nisi sententiæ dicendæ tempore affuerit, fideiuforem iudicatum, à quo appellatum nō erit,

facturum

8 L. si ante acceptum iudicium. 7.

facturum : aut absens est dominus , quo casu procurator iudicatum solui satisdat . § . si ve-

L. 21. tit. 5. par. 3. rò . cum seq. Inst. de satisdat. l. 1. C. cod. conso-

nat. l. 21. versic. mas si el personero . tit. 5. part. 3. l.

11. in legibus styli . Nisi † dominus litis & cau-

10 sæ , cuius nomine quis conuenit , in manda-
to satisdationem exposuerit , per quam ipse
sui procuratoris fideiussor existat , pro omni-
bus iudicatum solui satisdationis clausulis . l. fi-
lius famil. 8. in fine . D. de procuratorib. d. l. ad
defendendum . 10. infra h. t. d. § . si verò . Inst. de
satisdationib. d. l. 21. versic. Fueras ende si en la
carta de la personeria dixesse señaladamente , que el que
lo fiziera personero , el mismo era fiador por el de cum-
plir , e de pagar todo lo que en el pleyto fuese juzgado :
ca estonce non le deuen demandar oíra fiaduria .

11 Vnde † inoleuit praxis & stylus , quo quoti-

Praxis sa-
tisdandi iu-
dicatū solui. die vtuntur tabularij in mādatis generalibus
ad lites , in quibus eam adiiciunt clausulā qua-

dominus releuat suum procuratorem ab om-
ni onere satisdandi , videlicet . Y vos relieveo de
fiāçay caucion en forma segun derecho , y de toda carga
de satisdacion , sola clausula que es dicha , iudicatum sol-
ui , con todas sus clausulas acostumbradas . cuius styli
& praxis meminit Gabriel Móterroso in pra-
xi , tractatu . 7. de las escripturas publicas . in man-
dato genetalí ad lites . fol . 125 . per quæ verba
dominus fideiubet pro procuratore , qui tunc

non

non tenetur aliter satisdare, ex d. l. 21. & Bart.
doctrina in rubr. num. 3. supra h. t. sequitur &
explicat Alexander in l. filius fam. & in dict. l.
sciendum. §. possessor. D. qui satisd. cog. Carol.
Molinæus in *extricatione labyrinthi.* diui-
dui & indiuidui. 2. p. nu. 524. Maranta de ordi-
ne iudiciorum. 6. p. membro. 8. nu. 11. Memi-
nisse & tamen oportebit, ita demum huiusmo
di satisfactionem à domino in mandato factā
procuratorem releuare, quādo dominus sol-
uendo est, aut saltim immobilia possidet iux-
ta d. l. sciendum. alias ea clausula nihil releua-
ret, cum dominus idoneus non sit fideiussor.
docet Bart. in d. rubr. nu. 6. Aretin. consl. 124.
Molinæus & Maranta iam relati. Pro qua sen-
tentia induci potest Accursij authoritas in l.
fin. verb. *cautioni.* C. de princip. agen. in rebus.
lib. 12 cuius meminit Greg. in d. l. 41. verbo,
en la tierra. tit. 2. p. 3. quot & autem bona immo
bilis, quibus ve in locis possidere quis de-
beat, ut ab onere satisdandi liberetur, pro ex-
plicatione d. l. sciendum. 15. D. qui satisd. cog.
& d. l. 2. tit. *de los emplazamientos.* lib. 2. fori. lato
sermone pro sequitur ibi Rodericus Suarez
omnino videndus. Ioan. Matienço in l. 10.
glo. 1. nu. 7. tit. 16. lib. 5. recopilationis. Molina.
lib. 1. cap. 15. nu. 20. Iacobus Menochius de ar-
bitrijs. centuria. 2. casu. 142. & de adipiscē-

da possessione. remedio. 2. nu. 91. qui iudicis arbitrio id relinquit. Quod an hodie iure quoque huius regni admittendum sit, latè Matienço dicit. nu. 7.

- L. 21. tit. v.
p. 3.*
- 14** Ulterius, ut rem iam magis intremus, præmittendum omnino est, satisfactionem *Iudicium solui* tres clausulas in unum collectas habere, teste Vlpiano in l. iudicatum. 6. supra h. t. nempe de re indicata, de re defendenda, & de do lo malo, de quarum natura & effectu plura cōgessit Nicolaus Vigelius lib. 6. suorum Digestorum cap. 10. & nominatim de clausula de re defendenda. Iacobus Cuiacius tractat. 6. ad Africatum ad leg. fin. D. de procuratoribus. & ad leg. Hæc stipulatio. 15 infra h. t. Pet. Faber in l. inuitus nemo. 156. D. de reg. iur. ea tamē est præcipua quæ nomen dedit, *de indicato soluendo*: & hac forte sublata per acceptilationem, vel solutionem, vel transactionem, vel absolutionem, evanescunt etiam cæteræ, quia propter hanc cæteræ interponuntur, nempe ut res iudicari possit. l. si accepto fuerit. 20. D. de *L. cum que* acceptilat. l. cum quærebatur. 13. versic. *Proin rebatur.* 13. de. D. h. t. Prima ergo + clausula est *de re indicata*, ut in tantum committatur stipulatio, præsteturque quantum iudex deberi pronuntia uerit. l. iudicati. 9. infra, ex causa tamen principali, nam si quid rei iudicatae accesserit ex *L. iudicati.* 9. b. t. contu-

contumacia aut delicto rei, ad id iniquū esset
 fideiussores teneri l. centum Capuæ. 8. D. de
 eo quod certo loco. tenentur etenim fideiuss-
 fores creditoribus in id, pro quo fidem suam
 adstrinxerunt expressè, non vltra: et si in obli-
 gatione principalis plura sint. l. si vltra. 22. C.
 de fideiuss. quia fideiussio stricti iuris est. De-
 cius consil. 107. numero. 2. vnde in id tantum
 obligantur, quod tempore fideiussionis erat
 in obligatione. l. fideiussores. 69. §. pro Aure-
 lio. D. de fideiussorib. nisi & pro accessioni-
 bus quoque intercedant. l. fideiussor. 10. C.
 de fideiussorib. resoluit Petrus Gregor. 3. par.
 syntagma. lib. 24. cap. 4. num. 10. & 11. Pla-
 ne hæc clausula *de re iudicata* statim committi-
 tur, licet exactio differatur usque ad tempus
 legitimum. l. 1. supra h. t. Iudicatum † autem 16
 accipere debemus ab codē iudice, cui se sub-
 diderunt fideiussores, si forte iudicis nomen
 in stipulatione expressum sit, uti exprimi fre-
 quenter solet, ut ex huius satiationis formu-
 la constat, ibi. *Cuius rei Caius Aquilius iudex da-
 tus est*, quā refert Jacob. Cuiac. d. lib. 10. c. 29.
 Franc. Duaren. in paraphrasi huius tit. cap. 3.
 prope fin. eoq; respiciunt Vlpian. & Scæuola,
 ille in l. 3. in principio. hic in l. cum apud. 20.
 h. t. Piæterea necesse est, ut hæc stipulatio
 comittatur, cū eadem persona actū esse, quæ

12 L. si ante acceptum iudicium. 7.

stipulatione comprehensa est: eandemq; per
sonam intelligimus, que eandem qualitatem
quam prius habebat, retinet, ut hac nostra. l.
Nostra lex. si ante acceptum. semel & iterum profitetur Ga-
ius. Ulterius de eadem re, eademque actione
actum esse oportet, ut hæc stipulatio cōmitta-
tur. dicta l. cum quærebatur. 13. §. finali. in-
fra eodem.

17 Secunda clausula est *dere*, hoc est de causa
defendenda, ut nisi boni viri arbitratu lis aga-
tur, & defendatur reus, quanti hoc nomine
interest, exigere actor à reo, & fideiussoribus
possit. Accusius & cæteri in l. iudicatum. 9.
& in dict. l. cum quærebatur. h. t. Res autem
defensa non videtur si non insolidum defen-
datur. l. ex clausula. 17. infra h. t. aut non loco
L. 17. b. t. idoneo. l. iam tamen. 5. § illud sciendum. su-
L. 5. scil. lnd. b. t. pra eodem. aut quando certum esse incipit
neminem posse existere qui rem defendat.
L. 3. §. ob rem. b. t. l. 3. §. ob rem. supra eodem. Fideiussor autem
soluere velens quod ob eam causam debet,
iudicium accipere non cogitur. l. ex iudica-
L. 16. b. t. tum. 16. infra hoc tit. Plane si ex duobus fide-
iussoribus, qui iudicatum solvi spoponderat,
alter ob rem non defensam partem suam sol-
uerit: nihilominus res defendi poterit. Nec
tamen is qui soluerit, repetet, stipulatio enim
pro parte eius perempta est, perinde ac si ac-
ceptum

ceptum ei factum fuisset. l. si ex duobus. 14. in
princip. infra h.t. de cuius & d. l. ex iudicatu.
16. explicatione plura Carolus Molinæus in
extricatione labyrinth. 2. p. nu. § 17. quoties ta-
men ex stipulatione *iudicatum solui* ex hac se-
cunda clausula ob rem non defensam agitur
cum fideiussoribus, cauere eis debet creditor
dominum priore iudicio absoluī, quia ea cau-
tione omissa nihil mandati iudicio fideiussu-
res consequentur. d. l. si ex duobus. §. quoties. *D. l. 14. §.*
Aliquando tamen rectiam non defensa sit. *quoties.*
pulatio nō committitur, veluti si lis mortua,
finitave sit, quomodo intelliges textum in. l. *L. 2. 13. &*
2. d. l. cum quærebatur. 13. l. hæc stipulatio. *15. b. t.*
15. h.t. Præterea nec committetur stipulatio,
et si res talis sit, de qua Prætor iudicium acci-
pere non cogat: hoc enim continetur stipula-
tione, ut res boni viri arbitratu defendatur. l. *L. 11. 12.*
vir bonus 18. h.t. secus si res talis sit: ut etiam
re perempta expediat litem prosequi. l. si ser-
vus. 11. infra. h.t. aut reus in magistratu sit. l. si
reus. 12. eodem titulo.

Nouissima + clausula stipulationis *Judica-* 18
tum solui est, de *dolo malo*, idest dolum malum *L. 19. b. t.*
abesse, ab futurumque esse, quæ & ad princi-
pium stipulationis refertur. & in futurum
tempus permanet. l. nouissima. 19. hoc ti-
tulo.

boup

Denique quoniam noster Gaius in hac. l.
si ante acceptum. & procuratoris mentionem fe-
cit in prioribus huius legis casibus, & defenso-
ris in versiculo. Nam & alias responsum est. memi-
Procurator. nisse iuuabit procuratoris nomen latius pate-
re, & omnes omnino comprehendere, qui ali-
quam administrationem rerum alienarū ge-
runt: quare sub eo accipiūtur tam illi, quibus
negotia extra iudicium gerenda, quā quibus
causæ in iudicio agendæ siue absentibus, siue
præsentibus mandantur. l. i. D. de procurato-
Defensor. ribus. l. i. tit. 5. p. 3. Defensorem vero eum esse
qui aliquem absque mandato in iudicio de-
fendit, vltro & spōte. l. liberto. 31 §. item. D.
de negotijs gestis l. tutori. C. eod. qui co præ-
cipue à procuratore differt. Nam procurato-
rū tam cest actoris, quam rei: & tam in iu-
dicio, quā extra iudiciū intervenire dicitur.
Defensor autem in tātū modo in iudicio appel-
latur, qui est rei procurator, aut actoris qua-
tenus reus est in reconuentione: & cīta ex-
pressum mandatum ad defendendum ve-
nit, vt in princ. Inst. de his, per quos age-
re possumus vt aduertunt omnes, & Vvesem-
bekius in paratitla. nu. 12. D. de procuratori-
Cognitor. bus. Vnde constat maximū esse discriminem in-
ter procuratōrē, & defensorē, de quib⁹ Gaius
20 in hac nostra lege. An † autē cognitor idem
Deinde

quod procurator sit dubitari solet: Alciatus
tamen lib. 2. parerg. ca. 5. & lib. 6. c. 5. in prin.
procuratorem esse putat cum, cui absenti per
mandatum causa committitur, cognitorem
vero cui sine mandati scriptura, causam suam
ageda praesens litigator iniugit: quod discri-
met ueri videtur Guilliel. Budæus in posterio
ribus adnotationibus ad Pandectas in l. mo-
ris. 9. §. solent. D. de poenit. & cuin Aniano
probat Iacobus Cuiacius libr. 1. senten. Pau-
li. cap. 2. Matthæus Vvesembekius ad titul.
Instit. de his, per quos agere possumus. in ru-
br. sub numer. 4. Franciscus Hotomanus. ibi.
§. fina. enunciat. 2. qui mouentur Marc. Tull.
Ciceronis autoritate, in oratione pro Cecin-
na, ubi ait, eos, qui pro presentibus litigassent
cognitores dictos: ite & Festi, & Asconij Pe-
diani in. 2. Verrina, qui id expresse docet. Sed
reclamat Ioannes Robertus liber. 2. senten-
tiarum. capit. 1. motus eo quod à præsen-
te quoque procurator constituatur. l. si pro-
curatorem. 65. D. de procuratoribus. l. si
procuratori præsentis. 72. D. de verbis. Iu-
lius Paulus lib. 1. sent. capit. 3. vnde ipse
verius putat procuratores esse, qui siue ab
absentibus, siue à præsentibus dati aliena
negotia cum mandato administrabant, quique
lite contestata dñi litis efficiebatur, adeo ut
domino

domino mortuo lis ad finem ab eis perduci posset. l. nulla. 23. C. de procuratorib. eaque ratione sententia non in dominum, sed in ipsius procuratoris persona concipi deberet. l. i. C. de sent & interloquit. unde Ciceroni pene dominus, & alieni iuris vicarius dictus est; quod & probat. l. fi. tit. 3. p. 3. Cognitores vero fuisse qui litigatores iuris sui ignatos quae in iudicio agenda essent, submouerent, operamque in lite prosequenda præstarent, similes his, quos nos hodie aduocatos appellamus. Pro qua sententia facit. l. nemo. C. de cognitorib. & procuratorib. lib. 2. Cod. Theod. vbi procurator vocatur susceptor litis, cognitor vero alieni iuris suffragator. Cognitoris tamen nomen cum tempore Justiniani exoleuisset, & procurator utrumque officium comprehendenderet studiose à Triboniano a iuris libris allegatum est. ut docte docet & probat Iacobus Cuiacius in notis

ad Paulū.d.lib.i.cap.2.Sed

iam nostram legem
explicemus.

GAIVS

GAIVS LIB. XXVII.

Ad dictū Prouinciale.

Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit à domino, & actor iguorans prohibitum eum esse, egerit, an stipulatio committatur? & nihil aliud dici potest, quam committi. Quod si quis sciens prohibitum esse, egerit: Iulianus non putat stipulationem commuti. Nam ut committatur, non sufficere ait, cum ea persona acceptum esse iudicium, quæ stipulatione comprehensa est: sed oportere etiam causam personæ eandem esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit. Et ideo si is qui procurator datus est, heres extiterit domino, atq; ita acceperit iudicium, siue etiā prohibitus acceperit: nō committitur stipulatio. Nam & alias responsum esse, si quis absentem defendens satisdederit, deinde vel procurator ab eo datus, vel postquam heres ei extiterit, iudicium acceperit: fideiussores non teneri.

COMMENTARIA.

HABET ergo iste textus auctorem T. Gaium (ex I. C. tertiae classis qui à Iuliano ad Papinianum fuerunt, in libris nostris celeberrimum) lib. xxvij. ad Edictum Prouinciale, ut vulgatis omnibus Codicibus indicat affixa epigraphe, & contestantur Antonius Au-

C. C. gustinus

18 L. si ante acceptum iudicium. 7.

gustinus lib. singulari de nominibus proprijs
Iurisconsultorum. cap. i. columnna. 112. Idem
libro. 3. emendationum. capit. 9. pagina. 211.
Ioannes Vvolfangus Freymonius in Sym-
phonia iuris chronologica. pagin. 467. Sanè
quanuis apud omnes de nostræ legis authore
conueniat: non tamen de vera eius lectione.
Quoniam eius superatus difficultate Ange-
lus Politianus, ut quam non potuit percipe-
re, nec dissoluere devoraret, in sua Pandecta-
rum Florentinorum recognitione, mancum
cum edidit, notataque sunt ea verba, qua
Noricus liber non habet: cuius sententia à
Gregorio Haloandro sequuta & retéta, Gaij
sic scripta est, *Si ante acceptum iudicium prohibitus
fuerit procurator à domino, & actor ignorans prohibi-
tum esse egerit. Iulianus non putat stipulationem com-
mitti.* Re ste tamen cum reprehendunt Anto-
nius Augustinus dict. lib. 3. cap. 9. Franciscus
Duarenus, & Ludouicus Rusardus, atque no-
uissimus Dionysius Gothifredus in notis per-
petuis ad hanc legem, qui eam, prout à nobis
proposita est, in omnibusque vulgatis codici-
bus circumfertur, retinet, iuxta quam totius
contextus summa hæc est.

19 Si iudicatum solui satisfactione interposita
ignorante actore, procuratoris conditio fue-
rit mutata, committitur: eo sciente nō item.

Comple-

Complectitur (nisi ego fallor) thesis hæc totam Gaij hypothesim, in qua licet eodem re tento themate plures & diuersæ species constituantur, omnes tamen eò tendunt, ut ex mox ad Bartoli oppositiones dicendis manifestum fiet. Sane quām sit proposita Gaij sententia difficilis, nemo est qui non videat, præ fanturque hic Bartolus, Paulus, Albericus, Angelus, & Cumanus. Verùm quo dilucidius explicetur Accursium, eundemque Bartolum sequutus, quæ ci obstant argumenta, ecce.

Primò enim aduersus Gaium ibi. *Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator à domino.* Quibus verbis docet præstata à procuratore satisfactione *Judicatum solui*, à domino, id est reo, prohiberi cum potuisse Bartoli primam oppositionem explicans, sic argumentor. Mandatum re integra revocari potest, non postea. l. ante litem. 16. D. de procuratorib. l. si vero. 12. §. si mandauero. l. si mandassem. 15. D. mandati. l. si pater. 3. C. codem. §. recte. in 1. parte. Instit. codem. (vbi ex numero 1. ad 5. ego explicui) l. 24. titulo. 5. partita. 3. Sed per stipulationem *Judicatum solui*, quæ ante litem contestatam interponitur. l. de die. 8. §. si seruus. l. Iulianus. 11. D. qui satisfd. cogn. l. si peritor. §. infra h.t. Obseruat Cuiacius

20 L. si ante acceptum iudicium. 7.

lib.10. obseruat. cap.29. res definit esse integra.
I. si defunctus. I.; D. de procuratorib. vbi domi
L 8.b.t. ni morte, quando adhuc integrare res est, manda
L. si defun- tum extingui, docens Vlpianus (quod & nos
ctus. 15. D. multis exornauimus in dict. §. recte. ex num. 6.
de procurat. ad 20.) non tamen eo casu, quo iam stipulatio
Iudicatum solui interposita est: quia et si lis non
sit contestata, negotium tamen quasi cœptum
dicitur. Ergo præstita iam cautione etiam an-
te acceptum iudicium prohiberi procuratori
non potuit.

24 Secundò contra Gaium ibi. *Et nihil aliud di-*
~~xi~~ *poteſt, quam ſtipulationem committi. quibus verbis*
exprefſè Gaius vult, ante acceptum iudicium,
à reo procuratore prohibito, ignorantē actore
ſtipulationem commiſſam fuile: cum eodem
Bartolo ſic argumentor. Argumentum à diui-
fione firmum & neceſſarium eſt, videlicet cū
nulla diuisionis forma p̄xterit. Marcus Tul-
lius iā Topicis, vbi ſub. §. xx. nu. 7. eruditè Pe-
trus Vellez de Gueuara, & multa ex noſtris co-
*gerens Nicolaus Euerardus in Topicis legali-
bus c. p. 96. Sed hoc in caſu nulla ex ſtipulatio-*
*nis *Iudicatum solui* clausulis, quas Vlpianus com-
memorat in l. iudicatum. 6. ſuper eod. & nos*
latè iam expoſuimus, cōmitti potuit, ergo nō
*recte Gaius. Planè nulla ex clauſula commi-
ſam ſtipulationē, ſic oſtēditur. Nā ex clauſula*
dere

de re indicata stipulatio committi non potuit, cum sententia post prohibitionem dominium non ligaret, & inde nec fideiussores eius. I. Plautius. 61 D. de procurat. ubi et si certissimum sit, actionem iudicati non solum domino & in dominum, sed etiam heredi & in heredē, (ut Iulius Paulus lib. 1. recept. sentent. tit. 2. ait) non verò procuratori, neque in eum dari. Id tamen ex Plautio limitat idem Paulus, nisi in rem suā datus sit procurator: vel se obtulerit iudicio, cum sciat cautum non esse, id est dominū non mandasse ut defenderet, vel mandatum reuocasse, idem enim est, cùm opportune reuocatio fit, id est, ante litem contentatam, ante acceptū iudicij. Deinde nec ex clausula *dere defendenda* commissam stipulationem dices, quoniam ex Gaij contextu rem non fuisse defendantem nō deduces. Item nec dolum commissum apparet, ut ex clausula de dolo committi potuerit. Ergo ex nulla. In huius difficultatis explicacione (ut Bartoli, Angeli, & antiquorum aliorum magistralibus magis quam elegantibus verbis utar) totus punctus, totaque huins legis difficultas consistit; eamque ut ipsi declinet multifariam lecturam huius textus constituant: quod & nos infra præstare erit omnino necessarium.

Tertio contra Gaium in versic. *quod si quis* 25

sciens. Vbi scriptum est, stipulationem non cōmitti, quo casu ante acceptum iudicium (retinet enim in hoc versiculo casum in initio propositum) prohibitus est procurator cum Bart. hic, eodem nu. i. obijcio principiū huius legis, vbi Gaius enixe docet, si ante acceptum iudiciū prohibitus fuerit procurator à domino, & nihilominus cum eo actū sit nihil aliud dici posse, quam stipulationem committi.

26 Quarto cōtra eūdē Gaiū in versi. Nā ut committatur, &c. vbi I.C.T. Gaius respōsi sui in ver sic. quod si quis. rationē reddit, aslcrens, ideo stipulationē iudicatū solui ex Iuliani sentētia nō cōmitti, quādo cum prohibito procuratore sciēter actū est, quoniā, vt cōmittatur, nō sufficit cū ea persona acceptum esse iudiciū, quæ stipulatione comprehensa est, sed oportere etiam causam personæ eandem esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit, cum Bart. nostro sub eodem num. 10. ve sic. venio ad versiculū. (quem ego sic explicō) sic argumētor Etsi qualitas personæ cū qua iudiciū acceptū est, siue accipitur, sit lōge alia tēpore sentētiæ siue accepti iudicij quæ fuit stipulationis interponendæ tempore, stipulatio adhuc cōmittitur, vt in dicto princ. huius nostræ legis probatū est, vbi prohibitus fuit procurator, & sic eius qualitas & conditio mutata de habēte man-

te mandatum, in illud non habente: de procuratore in defensorem. Ergo qualitatem personæ mutari, dum tamen eadem persona maneat, effectum stipulationis non remoratur.

Quinto aduersus Gaium, in vers. *Et ideo si is* ²⁷ qui procurator datus est. vbi, ut superius traditâ rationē in vers. *nam vt cōmittatur.* cōprobet, exemplo agit, probatq; nō solū stipulationē non cōmitti quādo qualitas personæ mutatur de habente mādatū, in nō habēte, verū & cū trāslatio iudicij fit, de procuratore in litis & causē dominū, sic argumētor cū Accusatio hic, scholio *Stipulatio,* & Bart. iā relato, etiā si translatio iudicij de persona in personam fiat, nihilominus iudiciū tenet, idēque est, quod cū priori persona acceptū fuit, ex Iulio Paulo lib. 5. ad Edictū in. l. seruus. ^{L. seruus 4.} 14. D. de his qui notātur in famia, vbi si seruus furtū admisit, cuius nomine dominus noxali iudicio cōuentus, cū manumisit, & heredē suū fecit, idē iudiciū in heredē continuatur, licet dānatus heres famosus nō sit, quia nō suo nomine dānatur, ergo.

Sexto & fortius aduersus versiculum. *Nam* ²⁸ *& alias responsum est vbi similiter alio exemplo suam nititur comprobare sententiam Gaius,* mutata conditione de habente mandatum in non habente, vel de non habente in habētem stipulationem iudicatum solui commit-

ti nun-

24 L. si ante acceptum iudicium. 7.

ti nunquam: quoniam (inquit ipse) hinc responsum est, si quis defensor (sicque is qui mandatum non habet) absentis negotia agens, & gerens, satiationem interposuerit; postmodum autem à domino procurator datus sit, vel heres ei extiterit, quamuis iudicium accipiat, fideiussores non teneri. Cui est non dissimile Papiniani responsum in l. i. §. defensor. D. quibus mod. pig. vel hypoteca solu. Defensor absentis (inquit Papinianus) cautionem iudicium solui præsticit, in dominum iudicio postea translato, fideiussores ob rem iudicatam, quos defensor dedit non tenebuntur, nec pignora, quæ dederunt. Cum eodem Bartolo. d. nu. i. sub versiculo venio ad ultimum, obijcio difficile Vlpiani responsum lib.

L. Julianus. 78. ad Edictum in l. Julianus. i. D. qui satisd.
1. D. quis cog. vbi scribit, quod si antequam mandarem
tisd. cogant. tibi ut fundum peteres, satis acceperis petiturus fundum, & postea mandato meo age: e in stituetis, fideiussores tenebuntur. Ex qua lege satis constat mutationem qualitatis personæ de defentore in procuratore, sicque de nō habente mandatum in habente non corrumperē stipulationem. Huic sententię proxima est alia eiusdem Vlpiani libro quoque nono ad L. in cause. edictum. in l. in cause 27. §. si ex parte. D. de 27. §. si ex parte. D. de procuratoribus. vbi non tatum committitur procurator. stipulatio iudicatum solui, etiam si personæ quali

qualitas mutetur, verum et si iudicij translatio in dominum fiat. Quarum legum cum maxima sit difficultas, ex eorum dissolutione totum pendere, proxime citato loco Bartolus ait.

Denique sub num. 3. hic opponit Bartolus 29

l. *siquis. 3. §. stipulationem. supra eodem, quæ*
sane lex nō primæ, sed secundæ, huius nostræ,
parti aduersatur, siquidem docet eo loci VI-
pianus, quod si forte aliquis ex his, à quibus
mandatum non exigitur, (videlicet ex liberis,
velex parentibus, vel vir vxoris nomine. l. sed
& hæ personæ. 35. D. de procuratoribus. l.
maritus 21. C. cod. l. 10. tit. 5. l. 2. titu. 23. par. 3.)
interueniet, stipulatio non committetur, nisi
forte eis fuerit mandatum, vel ratum habitū.
Sicque eo casu quo personæ qualitas mutata
fuit. Cui sententiæ accedit & alia eiusdem VI
piani in. l licet. 56. D. de iudicijs, ex qua con-
stat, quod et si quis cùm procurator nō esset,
litem contestatus rem in iudicio non dedu-
catur, si tamen ratam rem Dominus postea lia-
beat, videtur retrò res in iudicio deducta, in-
deque stipulationem committi debere, ac si
ab initio interueniente mandato interposita
fuisse.

His tamen argumentis, & difficultatibus
 non obstantibus, sententia suprà num. 22. cx

D nostra

*L. 3. §. stipu-
lationē. b. s.*

*L. licet. 56.
D. deiudicijs*

26. L. Si ante acceptum iudicium. 7.

nostra hac lege desumpta verissima est, nempe mutationem qualitatis procuratoris vel defensoris post stipulationem *iudicatum solui*, ante acceptum tamen iudicium contingentem ignorante actore stipulationem non vi-
 tiare, eo verò sciente illam corrumpere. Cu-
 ius rei rationem eam esse putauit hic Accur-
 cid. ex Ac-
 cursio.
 s. verbo, *committi*. in 2. & verbo, *acceptum*. in
 principio, versic. sed responde. quoniam muta-
 ta qualitate personæ procuratoris, siue defen-
 soris, ante acceptum iudicium, si adhuc illud
 prosequatur, non idem est, pro quo fuit satis-
 datum, sed lóge diuersum: vnde fideiussores
 teneri iniquum esset, ex his quæ suprà in pro-
 theorijs. nu. 15. obseruauimus: tenentur enim
 fideiussores in id tantummodo quod contra-
 ctus tempore in stipulationem deductū fuit,
 non amplius. l. fideiussores. 69. §. pro Aurelio.
 D. de fideiuss. ergo cum satiscederint iudicio
 facto, quantum iudex aduersus dominū pro-
 nuntiasset se præstaturos. l. *iudicatum* 9. infra
 codem. idque iudicium dominum qui procu-
 ratorem prohibuit, iam non liget, sed procu-
 ratorem ipsum qui sine mandato egit, ex di-
 cta. l. Plautius. 6. D. de procuratorib. conse-
 quens est, fideiussores non teneri, & stipula-
 tionem non committi. Atque id est, quod
 I.C. noster expressit in versic. Nam re commi-
tatur.

tatur. docens ut stipulatio Iudicatum solui committatur, non sufficere cum ea persona acceptum esse iudicium, quæ stipulatione cōprehensa est: sed oportere etiam causam personæ, (idest qualitatem, vt ego interpretor) eandem esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit. Neque in t̄ iure, aut nouū, 31 aut insolens est eodem etiam corpore, eadē re & specie (vt nostri aiunt) manente, si eius qualitas, siue forma, aut accidens mutetur, totam rem mutatam & extinctam censerī, ex vulgari. l. Julianus. 9. §. si quis rem. ibi, *nam mutata forma prope interim substantiam rei Marcellus scribit.* D. ad exhibendum. l. Seia. 6. D. de auro & argento legato. potestque induci text. in l. ex hoc edicto. 8. in principio. D. de alienatione iudic. mutandi causa facta. Nanque cum edicto de alienatione iudicij mutandi causa facta, cuius verba retulit Eguinarius Baro libro. 1. Manualium. pagina. 25. cautum esset, ne qua alienatio iudicij mutandi causa fieret, si quæ dolo malo cessio, quæve alienatio iudicij mutandi causa fa. Et a fuisset, neque arbitrio iudicis pristina iudicij causa restitueretur ei, ad quem ea res pertineret, in eum qui id fecisse diceretur, quanti ea res esset intra annum, quo pri-
mum experiundi potestas esset, iudicium dan-

*L. ex hoc edi-
cto. 8. D. de
alienat. iud.*

dum esse (quod late explicant Rebus. 2.
tom. titul. de cessionibus artic. 1. glos. 1. & se-
quentibus Iacobus Cuiacius lib. 10. obserua-
tion. cap. 3. Ludouicus Vitalis lib. 1. variarum
quæst. cap. 17. Egregius noster Doctor Dida-
cus Sahagun Villasante in repetitione cap. 1.
de alienatione iudicij mutandi causa facta.)
in dict. l. ex hoc edicto. inquit Iulius Paulus,
edicto teneri cum, qui quævis rem exhibeat,
arbitratu tamen iudicis pristinam iudicij cau-
sam non restituit, itaque et si eandem illa rem
quam iudicij mutandi causa alienauit, exhi-
beat, & restituat, si tamen eius forma siue qua-
litas mutata sit, exhibita non videtur, quoniā
alia iam censemur mutatione interueniente.

L. Signis cū
aliter. 36.

D. de verb.
obl.

Deinde induci quoque potest textus in. l. si
quis cū aliter. 36. D. de verb. oblig. coniun-
cta Francisci Duarenii hypothesi ad eādem le-
gem, ex qua constat, quod et si eadem illa res,
quam stipulatione comprehendi contrahē-
tes voluerunt, in eam deducta sit, aliter ta-
men, id est diuersa forma, quamuis stipulatio
summo & stricto iure, id est lege Romana va-
leat, si tamen dolo id factum sit exceptione
data promissori stipulationem infirmari. De-
nique (ne longior sim, ut multa missa faciam)
non lōge à nostro I. C. Caio, videtur Aftica-
nus, in l. cum quis. 38. in princ. D. de solutio-
nibus

nibus ibi. tacitè enim hac conuentio inesse stipulatio-
ni videtur. si in eadem causa maneat De cuius expli-
catione plura ego in §. plane num. 10. Inst. de
inutilibus stipul. inducetque tex. in l. si is qui
heres. 25. §. 1. & §. fi. D. de exceptione rei iudi-
catæ, ibi, *alia enim res est interueniente mandato, &*
text. in. l. qui cum tutoribus 9. D. de transa-
ction. in. l. Modestinus. 10. D. de exceptioni-
bis qui ibidem ab Accursi. simul cum nostro
citatur verbo, non enim.

Cæterum quamuis multis superior ratio
placuerit, amplectēdaque omnino videatur,
vel ex eo quod à I. C. nostro, statim in fronte
proponatur: eidem tamen Accursio, cuius
apud me multum valet auctoritas, displicuit
hic, verbo, *Fuit, & sane merito, quoniam si ve-*
ra esset, sequeretur tam in primo, quam in se-
cundo huius legis casu, mutatione qualita-
tis personæ stipulationem vitiari, id est siue
actor ignoret, prohibitum esse procuratore,
siue actor sciat: uttoque enim in casu muta-
tio fit: & aliud longè iudicium est, quam pro
quo fideiussores intercesserunt, soluereque
satisdederunt, & tamen constat in principio
legis quando prohibitionem procuratoris
actor ignorauit, nihil aliud dici posse quam
stipulationem committi: in altero vero quan-
do actor sciens prohibitum esse procurato-

32
*Conuincitur
Accursi.*

rem egit, ex Iuliani sententia non committi.
 Ergo longe alia est cuiusque decisionis ratio, ut
 argumentatur idem noster Gaius in l. illud quæ
 situm. 32. vers. *cum enim*. D. ad legem Aquiliam
 ubi plura congesit Accursius, verbo, *existimari*
 nec dici potest unam esse rationem eorum,
 quæ diuersam habent decisionem. Indeque
 manifestam fieri Gaij rationem in d. versiculo
nam ut committatur. insufficientem esse, cum
 utrumque casum non comprehendat. Quini
 mo nec in posteriori concordia ex eo videtur,
 quoniam nec semper verum est, qualitatis mu-
 tationem stipulationem infringere, ut late ad
 ductis contra eundem Gaium difficultatibus
 supra ostendimus: & probare videtur Iulus
 Paulus in l. & an eadē. 14. §. 1. D' de exceptio-
 ne rei iudicatæ.

Vnde idem Accursius hic eo verbo. fuit. ibi.
 33 *Sed est alia, quia non dolo prohibuit, cū iste sciret Exi-*
da Ratio ad stimat propter dolum quem commisit reus,
banc leg. qui auctore ignorantie procuratorem reuoca-
 uit, commissam fuisse stipulationem in primo
 huius legis casu: non item in secundo: quo-
 niam scienti & contentienti nullus fit dolus
 neque fraus. capit. scienti. 27. de reguli iuris
 li. 6. cū qui scit renūcianti æquiparetur. l. quæ
 titur. 14. §. si venditor. D. Ædilitio edicto. ne-
 que qui iam certus est amplius certiorari de
 buerit

buerit ca. cum qui. 31. de reg. iur. lib. 6. vt enim nihil grauius est, quā si id quod ignorat quis, scire se credat, defendatque verum esse, quod aut falsum, aut non satis explorare perceptū, & cognitū est, vt ait Cicero de Natura Deorum. ita vice versa nihil impudentius est, aut dici potest, quām si quis in rebus apertissimis & luce clarioribus ignorantiam prætendat, quippe (vt ait Chrysostomus) is qui scit & nō facit, similis est illi, qui laterē lauat. Nā si laues laterem nō mundatur, sed cōmoto loco sor- descit. Huc pertinet quod iudex quisicit à sen tentia per eū lata appellatum esse, ulterius cer tior fieri non debet de eo, quod prouocatum est capit. si duobus de appellationibus. ergo cum actor procuratorem prohibitum fuisse cognouerit in secundo casu, potueritque ite rum satisdare petere, nec id fecerit, non est quid domino imputetur, quod procurato rem reuocauerit, quem negotia siue causam nec gerere, nec agere sua intererat.

Hæc tamen Accursij ratio à nobis sic exor nata quamuis in se vera sit, nec enim negari potest, quin scientiæ actoris multum tribui debeat in hac lege, vt cius verba ibi. *quod si quis sciens, &c. insinuant, non tamen po test adaptari versic. nam ut committatur. ubi I. C. suæ opinionis & sententiæ rationē reddes,* neque

neque scientiæ, neque ignorantia meminit, sed ex mutatione qualitatis personæ, procuratoris, siue defensoris totum pendere enixè probat. Deinde Accurs. hæc ratio quæ commissionem stipulationis ex dolo rei metitor: sublatenter contendens committi vbi dolus rei adfuit: non committi vbi dolus non fuit, lege nō probatur. quinimo falsa omnino est,

L. si quis cū siquidem vt constat ex d.l. si quis cum aliter.

aliter. 36.

D. de verb.

oblig.

36. D. de verb. oblig. dolus malus stipulatio-
nem non corrumpit. Stipulatio enim etiam
dolo malo inita si ius ciuile, & leges populi
Romani expectemus nulla non est: quia vete-
ribus legibus ante Caium Aquilium Gallum
non vindicabatur dolus in contrahendo ad-
missus, nisi in his iudicijs in quibus ex *Fidebo-*
na agebatur. Cicero lib. 3. Offic. quamuis iure
Prætorio propter exceptionem dolii, vel de
dolo actionem stipulatio inutilis & inefficax
redderetur d. l. si quis cum aliter. *Si quis cum*
aliter eum conuenisset obligari (inquit Vlpianus)
aliter per machinationem obligatus est, erit quidē subii-
ltate iuris obstrictus, sed dolii exceptione uti potest: idē
in l nihil interest. 112. D. de reg. iur. l. dolo. C.
de inutilib. ergo cùm ex sententia Accursij
stipulatio hic ob rei dolum committatur, eo
cessante non ita, non quidem ope exceptio-
nis, siue actionis de dolo, sed ipso iuris rigo-
re, vt

re, ut ex nostro text. constat: quod tamen be-ne fundata iuris prudentia non patitur conse-quens est eam ex iuris ciuilis Romanorum principijs non procedere.

Quid ergo hac in re quod certum sit con-

stitui poterit? Ecce iam necessario amplecten-

dam (ut difficultatem deuoremus) Angeli Po-

litiani in hoc caput castigationem fide & au-

thoritate Padeistarum Florentinorum facta,

& à Gregorio Haloandro libenter sequutam

referente doctissimo Antonio Augustino vi-

to sane inter Græcos & Latinos nemini post.

ponendo, lib. 3. emendationum cap. 9. pagin.

211. nam cum Gaius hic in versic. *Nam vt com-*

mittatur. ex mutatione qualitatis procuratoris

decisionis rationem fluere constanter docue-

rit, generaliterque illa contingente stipula-

tionem non committi, vt repugnantia, quæ

communi litera retenta ex initio huius legis

oriebatur, cessaret, (vbi etiam mutatione con-

tingente audimus stipulationem committi)

hoc caput (vt iam supra nu. 9. dixi) sic edidit.

Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procura-

tor à domino, & actor ignorans prohibitum esse ege-

rit: Julianus non putat stipulationem committi. Nam

vt committatur, &c. qua lectione retenta, nul-

la est in integro capite decisio, in qua muta-

tione contingente stipulatio non evanescat,

E vt pla-

*Lectio huius
legis ex Poli-
tiano, & Ha-
loandro.*

34 L. si ante acceptum iudicium. 7.

ut plane nunc colliges si interceptis quæ de-
siderantur iuxta hanc lectionem verbis (an
stipulatio committatur? Et nihil aliud dici potest
quam committi. Quod si quis sciens prohibitum esse
eagerit) priora & posteriora vnioco capititis con-
textu, & vnius veluti decisionis filo legeris.
Itaque si lectionē eam probamus mire Gaij
nostrī ratio, omnibus huius capititis casibus
concinit & quadrat. Nec est quare in alia
quærenda multum] olei aut operis consu-
mamus.

35 Quid sequēda est Angeli Politiani & Gre-
*Ang. Politia-
ni audacia re-
prehensa.* gorij Haloandri audacia, ne dicam impuden-
tia: gauderēt antagonistæ nostri, quibus cum
laboriosæ istæ lucubrations Politiani & Ha-
loandri latuerint, nihilque elaboratum, iux-
ta Gaij decisionem, & rationem afferre value-
rint, non iniuria contumeliæ verba in nos fa-
cerent, quibus ab Academiæ doctissimo, &
nobilissimo Rectore D. Gomezio de Figue-
roa, Caius explicandus, defendendus, non im-
pugnandus datus fuit. Sed Dij bene vortant
& benignius res nostras aspiciant: vt quo Au-
gusto numine rem sumus auspicati, finē quo-
que imponamus: quantumque cæteros in ab-
strusis his explicandis difficultatibus, nodosis
que I.C. responsis exponendis prestemus, ma-
nifestum fiat. Ergo cum Politiani & Haloan-
dri


dri temerariam manum reprehenderint Anton. Aug. Ludouicus Rusardus, Franc. Duarenus, & Dionysius Gotifredus à nobis iam relati, eam quoque & nos damnamus, retentaque communi & vulgata lectione, quæ huius capituli vera ratio sit insinuemus, quod an præstiterint alij, lectorum iudicium esto.

Ergo omissa alia explicatione Albertici, qui in huius legis commentarijs sub num. 5. versi. 37
quasi. latè sermone nititur ostendere obculpam & negligentiam actoris in posterioribus casibus non commissam stipulationem, in priori committi, quoniam cum ignorans fuerit nulla eius culpa potest considerari: quæ interpretatione ex eo displicet, quoniam nec mente nec verbis I.C. quadrat, qui ut saepius audiimus totum mutationi qualitatis procuratoris siue defensoris tribuit.

Dicendum est, defendendam adhuc Gaij 38
 rationem in versi. *Nam ve committatur.* prout à nobis latè suprà exponitur ex num. 30. nempe mutatione qualitatis personæ ideo stipulationem vitiari, quoniam aliud iam iudicium est, quam pro quo fuit satisdatum, & inde fideiussores non tenentur. Nec obstat principium huius legis, in quo procuratoris persona mutatur, & nihilominus stipulatio committitur: quoniam ea mu-

E 2 tatio

*Vera ratio
huius leg.*



tatio quæ ignorantे actore contingit, iuris interpretatione non attenditur perindeque est, ac si facta non esset. Vnde quemadmodum mutatione non facta, nec iudicio translato, cōmitteretur stipulatio *Iudicatum solui* ex præcipua clausula *de re indicata*, committitur eo casu quo à lege fingitur non mutata. Quod quia opportunius infra in explicatione secundæ difficultatis discutiendum & probandum est sub num. 55. pluribus nunc non ago.

39 Sed iam eam & alias quæ adduximus dis-

L. si defun-
ctus. 15. D.
de procurat.

soluamus, quæ Gaio non obstant. Non prima ex dict. l. si defunctus. 15. D. de procuratoribus.

Cui ex Accurs. verbo, *libera potestas*. ad finem in l. ante litem. 16. D. de procuratorib. respondebat Bartol. in præsenti, quod etsi verum sit satisfactione *Iudicatum solui* interposita, rem integrum esse desinere, id tamen accipiendum est quoad tacitam reuocationem, quam ea stipulatio excludit, ex dict. l. si defunctus. non quod ad expressam quæ ex reuocatione, prohibitione, siue mutatione colligitur, ex nostra. l. si ante acceptum. docuerat id idem Bartol. in dicta. l. si defunctus. & in dict. l. ante litem. & in dictis locis copiosè Baldus, Angelus, & Raph. hic numero. 2. Alexander in l. non solum. §. morte numero. 1. D. de operis nou. nunc. Bartholomæus Socin. regula. 31. limitatione. 9. Petrus

Costalius

Costalius in 1. part. aduersariorum in Pandectas, in notis ad dict. l. si defunctus. secundum Frāciscus Duarenus in paraphrasi. D. de procuratorib. capit. 9. ad finem. Gregorius Lopez in l. 23. verbo, *començado por respuesta.* ad finem titul. §. par. 3. Pro t̄ qua interpretatione considerari potest, satisfactionem *Judicatum solui* iudicij initium non esse, sed cius præparationem, ut nostri loquuntur: ea autem quæ præparatoria sunt, non facere desinere rem esse integrum ex Vlpiano in l. si pecuniam. §. D. de conditione causadati. indeque reuocationem etiā ea præstata dum tamen lis non sit contestata, tempestiuam esse, quoniam t̄ etsi vulgo circumferri soleat præparatorij & præparati (ut nostri aiunt) idem esse iudicium, latè doctores in Rubrica, extra de iudicijs, & in Rubric. C. de edendo: illa tamen regula ex communi omnium sententia tunc procedit, dispositumque in præparatis ad præparatoria porrigitur, cum ea inter se cohærent, ut commodè separari non valeant: secus verò ubi essentialiter sunt diuersa, & vnum sine alio commodè consistere potest, ut post Decium in dicta rubric. de iudicijs. 2. lect. latè Iacobus Menochius lib. 6. præsumptionum, præsumptione. 3. ex numero. 16. ut in hoc de quo agimus casu, in quo licet interpositio cautionis *Judicatum solui* ad li-

36 L. si ante acceptum iudicium. 7.

tis contestationem videatur ordinari: quia tamen essentialiter ei non cohæret, non facit rem integrā esse desinere, prout ipsa contestatio ficeret. Cuius rei optimum si-
L. 1. §. si pa-
rendi. D. de
condit. cau.
dati. mile reperitur in l. 1. §. si parendi. D. de con-
ditione causa dati. vbi institutus sub condi-
tione dandi, animo parendi dedit, & nihilo
magis ex eo videtur adisse, cum possit repu-
diare, & datum quasi causa non sequuta con-
dicere. Facit, præparatoria contractus, ip-
sum contractum perfectum non reddere. l.
contractus. 16. C. de fide instrum. l. si volun-
tate. 8. C. de rescindenda venditione. vbi li-
cet super venditionis cōtractu fideiislorum
cautio interposita sit, adhuc tamen res inte-
gra esse dicitur, adeò ut possint contrahen-
tes ab ea nudo etiam consensu discedere;
quod vbi res omnino est integra permittitur
l. 2. illo tit. l. ab emtione. 59. D. de pactis. l. 1. &
2. C. quando liceat ab emitio. disced. in quam
sententiam. d. l. 3. extollit Carolus Molineus
in consuetudinib. Parisiensibus. 2. p. §. 5. glo. 1
n. 32. Potestq; non male induc ilulij Pauli sen-
tentia in l. amplius non peti. 15. D. rem ratam
hab. vbi in cautione de iudicio sistendo, quæ
huic nostræ similis est, & ad iudiciorum insti-
tutionem æque necessaria (vt latè suprà in
protheorijs ex nu. 1. præfati sumus) eius inter-
positio-

positione Paulus ait, iudicium cæptum non esse, ea quippe ratione, nam qui illam interponit non petit, sed petere vult.

Ergo minus operatur mors, quoad voluntatis mutationem attinet, quam expressa reuocatio, & sane rectè, cessat enim morte voluntas. l. locatio. 4. D. locati. (quam exoriant à nobis relati in. §. fin. numer. 4. Institut. de locatione.) reuocatio verò contrariam inducit. l. dispensatorem. 62. D. de solut. Item voluntatis cessatio quæ morte inducitur pīx sumpta est; quæ reuocatione expressa; & inde longè utriusque dissimilem effectum quid multum? Deinde iudicij præparatoria, & in alio quoque casu morte non finiri, sed potius adheredes transmitti, integrumque principalis causæ ius transferre probat bonorum possessio, quæ litis agnoscendæ gratia in querela testamenti concedi solet liberis. l. posthumus. 6. §. final. l. Papi- nianus. 8. §. 1. D. de inofficio testa- ment. Ulterius licet decesserit dominus, eo tamen quod satisfactione pro procuratore interposita obligatione adstringitur, in eadem voluntate durare præsumitur, ex Ulpiano in. l. si ego. 10. §. si res. D. de iure do- tium. cumque & ultra vitæ tēpus extendere, quo casu

38 L. si ante acceptum iudicium. 7.

quo casu mandatum morte non dissolui, certi juris est, l. si verò. 12. §. fin. D. mandati. tex-
tus difficilis in l. fi. in i. par. D. de solutionibus
iunctis his, quæ pro vera eius lectione & ex-
plicatione cum eruditio Cuiacio lib. i. obser-
seruat cap. 38. notauimus in. §. rectè num. ii.
Insti. de mandato. Potestque & alia non in
subtilis inter utrumque casum differentiæ co-
stitui ratio, quoniam si satisdatione *iudicatum*
solui interposita decedente domino, iudiciū
suscipere cogi non posset procurator, (vti co-
pellitur in dict. l. si defunctus.) obrem non de-
fensam committeretur: secus verò si prohibi-
tus procurator sit à domino, quoniam tunc
cum ex integro cauendum sit, nihil interest
stipulatione commissa, ex posteriori agi. Fit
tamen hinc cōsequens in d. l. si defunctus de-
fensionem fuisse necessariam, indeque man-
datum morte non extinctum ex Pomponio
in l. fundi venditor. 33. §. item si amicus. D. de
acquir. posses.

43 Ex qua interpretatione duo notabilia in
praxi deducuntur, alterum quod cum hodie
(vt iam supra admonuimus) in omnibus man-
datis, & procuratorijs instrumētis satisdatio
Indicatum solui à domino constitueretur inter-
ponatur, consequens est, mandatum ad lites
morte non finiri, siue procurator fuerit con-
stitu-

stitutus præsens & acceptans: siue absens, dum tamen postea accepterit, (licet sic magistraliter cum nostris loqui) ex d. l. si defunctus cōiuncta noua decisione Clementinæ. i. de procuratoribus docet Bald. in d. l. si defunctus num. 2. & eo non relato Ang. hic nu. 4. quam tamen sententiam ita deum veram esse intelligit Batt. in d. l. si defunctus quoties domini natus qui satisdationem præstiterat idoneus fideiussor est, iuxta ea, quæ traduntur in d. l. scendum. 15. D. qui satisdare cogantur, & diximus supra in protheorijs num. 12. alias enim satisfatio non efficeret rem esse non integrum: sequitur Robertus Maranta, de ordine iudiciorum. 6. par. membro. 8. num. 1. Suarez in. l. 2. titul. *de los emplazamientos.* §. nūc opportune numero 3.

Aliud etiam interposita stipulatione *Judi-* 44
catum solui, posse procuratorem reuocari, ex nostra. l. si ante acceptum, siue ea interposita sit à reo, ut nonnulli hic contendunt: siue ab codice procuratore, iuxta aliorum opiniones: quod ramen difficile videtur, ex Bartoli doctrina hic num. 3. in fine docentis, quod si aliquis ab initio defensor existat sine mandato, præstet que actori satisdationem *judicatum solui*, eius mutatio post litem contestatam inuito actori refici non poterit: nam cum ille defensor (inquit

F Barto-

48 L. Si ante acceptum iudicium. 7.

(inquit Bartolus) cœperit esse obligatus actori, ista
L. si stichū. actio non potest auferri ab initio. l. si stichum. 8. §.
8. §. fi. D. de fin. versicul. Non tamen. D. de nouationib. Ad-
nouat. do ego Bartolo, ultra alios, bellissimum Iulia-
ni responsum in. l. Titius. 76. D. de procura-
toribus, ibi. defensor cum satisdedit, domoni loco ha-
bendus est.

44 Ut sic constet tam ex parte defensoris,
quam ex parte actoris; id est, tam ratione iu-
ris quod in causa defensor habet, quam ratio-
ne obligationis, & actionis ex stipulatione
iudicatum solui actori quæsitæ, reuocationem
non admitsi. Eademque & in ea quam procu-
rator præsttit, posse animaduerti, cum ea
præstita ipse, eiusque fideiussores actori cæ-
perint obligari, cui inuitio ius hoc auferri non
potuit, ex I. C. ratione in. d. §. fin. ibi. Non tan-
men si quis stipuletur sibi, quod mihi debetur auferat mi-
hi actionem.

45 Verum quidquid velit Bartolus (quod tan-
ti præceptoris, venerandique patris pace di-
ctum sit) longe verius credo, & procurato-
rem præstita etiam satisdatione *iudicatum solui*;
& defensorem etiam iam lite contestata pos-
se prohiberi, neutroque casu eorum fideiuss-
ores teneri. Quod ut contra Bartolum ip-
sum verissimum ostendamus, aliena aut ex-
tranca non sunt inducenda testimonia, sed
nostrī

nostri. I. C. Gaij in hac nostra. l. si ante accep-
tum. qui stipulationem non committi, quo
casu prohibitus fuit procurator (omitto dis-
crimen scientiae vel ignorantiae actoris, de
quibus casibus nunc non differo, agam ta-
men postea) ante acceptum iudicium, præ-
stata tamen iam satisfatione *iudicatum solui*, ini-
tio huius legis admonuit; Idem & indefenso-
re, etiam quo casu is iudicium acceperit, si
eius qualitas fuit mutata, in versiculo. *Nam*
& alias responsum. in fine huius nostre legis,
qui et si eo tantum casu probare videatur sti-
pulationem non committi, quo mutata iam
conditione acceptum fuit iudicium, ait enim
Gaius. *Nam & alias respsnsum esse, si quis absentem*
defendens satisdederit, deinde vel procurator ab eo da-
tus, vel postquam heres ei extiterit, iudicium accepe-
rit, fideiussores non teneri : Idem et si mutatio
post acceptum iudicium contingat asseren-
dm est ex nostræ legis principio, iuncta ex-
positione Accursij, quam cæteri omnes se-
quuntur. Illa nāq; verba *ante acceptum iudicium*,
non iuris mysteriū, sed facti notant cōtingen-
tiā, vt Angelus animaduertit: cū & post, pos-
sit, dū tamē causa adsit procurator prohiberi,
l. post litem. 17. de procuratoribus. vnde sic
etiam lite contestata posse similiter defen-
sorem vetari: alioqui dicendum, potentius

Noster tex-
tus.

42 L. Si ante acceptum iudicium. 7.

iuris defensoris, quam procuratoris esse: quod tamen nemo dicet, si modo sapiat. Potestque considerari, reuocationem procuratoris satis dantis in eius commodum & utilitatem rem que veriti, cum eo ipso mandatum expiret, sic que eius fideiussores liberentur, ex vulgatis.

46 Nec obstat inductio d.l. si stichum. 8. §. fin.

D. de nouationibus. quoniam tam in primo, quam in posteriori casu, quoties, inquam, vel procurator praestitam satisdatione iudicium solui prohibetur, vel defensor lite iam contentata personam mutat, aut propter expressam prohibitionem, quae causa cognita admitti debet, litem deserit vel inuitus, vel sponte & ultra, ex integro semper cauendum erit acto riusne alias iudicium in posteriori hoc casu il lusorium redderetur: quo casu nullum ei pra iudicium sit, nec dici potest in uito actionem tolli, cum non tollatur, sed potius nouetur, interiuertu, videlicet, nouæ satisdationis. Quo modo supplendam & explicandam Bartoli doctrinam. d. nu. 3. ver. Sed quando ab initio. cxi stimo.

47 Quam non magis probat d.l. Titius. 76. D.

L. Titius 76. de procuratoribus, quoniam et si verum sit D. de procuratoribus. praestita à defensore satisdatione, domini loco habendum eum esse: non tamen inde fit consequens non posse eum reuocari: siquidē ob am & pro-

& procurator (etiam nulla satisdatione inter-
posita) post litem contestatam dominus litis
& causæ dicitur. I. procuratoribus 22. ibi post
contestatam litem dominis effectis. I. nulla dubita-
tio. 23. ibi. *ut pote dominum litis procuratorem effe-*
tum. C. de procuratoribus, & tamen rectè
tunc, causa tamen prius cognita, potest reuo-
cari d. I. post litem. 17. D. de procuratoribus.
Præterea considero ideo in d. I. Titius quam
male in procuratore accipiunt ibi, interpre-
tes, quibus Accedit Eguinatius Baro, defen-
sorem iudicium etiam iniustum post satisda-
tionē accipere cōpelli, quoniā desijt reus esse
soluendo, patūque defensori præstauerit. Præ-
tor si cum non cogeret iudicium accipere,
cum ad fideiussores eius actor ire posset: & hi
quidquid præstarent, à defensore consequi
possent, quæ ratio Iulianum I. C. mouit. Ergo
ex ea sit non obscurè, quo casu reus esset sol-
uendo, atque ex integrō caueret actori, po-
tuisse ab eo etiam iam lite contestata prohi-
beri defensorem, cum actoris conditio dete-
rior non fiat. Cuius non interest ex hac, vel ex
illa satisdatione rem iudicatam consequi, dū
ea semper iudicio factō parata sit, qua vna ra-
tione cum M. Tullio in oratione pro Quintio,
& Iacobo Cuiacio libro. 10. obleruat ca-
pitul. 29. inductam stipulationem *iudicatum*

44 L. Si ante acceptum iudicium. 7.

solui. suprain protheorijs in initio admonuim'
 Maiorem difficultatem continet sequens
 48 argumentum à diuisione cùm Bart. supra nū.
 12. inductum, ex quo probari videbatur nulla
 ex clausula satisdationis *iudicatum solui*, cā hic
 committi potuisse. Nodum hunc ut dissoluat
 authores in varias feruntur opiniones: quoru
 nonnulli ex clausula *de re indicata*: alij ex clau
 sula *de re defendenda*: alij ex clausula *de dolo*, com
 missam stipulationem contendut, atque pro
 pter diuersas has sententias, diuersas lecturas
 huic legi adsignari constat ex Accurs. nostro
 verb. *Acceptum*. Bart. num. 1. versi. *Huius timore*.
 & reliquis omnibus antiquis, qui eas explicat
 & prosequuntur, & cum nos d. num. 12. ex Bar
 tolo p̄isputationis gratia, nulla ex clausula cō
 mitti potuisse ostenderimus: Accursius versa
 vice ex omnibus commissam fuisse ostendit.
 d. verbo. *Acceptum* Ergo quæ earum opinio
 verior sit: quæ iuris & artis nostræ principijs
 magis consona: quæ denique T. Gaij verbis &
 menti magis quadrans, discutiendum nobis
 erit: Id explicatio huius capituli ex postulat,
 quod cum profectitiam dotem, non quidem
 exilem aut tenuem, sed fertilem & diuitem
 habeat, aduentitia & extera ditandus non
 est, ut aliqui ex nostris antagonistis existima
 runt, qui per emendata (ut aiunt) suffragia am
 bulan

bulātes, cum locupletissimum hoc nostræ legis patrimonium, vel eos latuisset, vel ab eis percipi non posset, tortuosa eius Mœandra navigare nō ausi, auditores suos nugis & fabulis pluribus prælectionibus captarūt, quovisq; nos, quā iter agēdū esset ostēderemus: quēad modū & quā fuisse incipiēdū, vti ex eorū scriptis, post nostra traditis de p̄chēdi haud obscurē poterit. Sed iam ad Accusium & antiq; quiores.

Prior ergo opinio ab Accusio verb. *commit* 49

tatur, versi *committi*, & d. verb. *acceptum* in initio recitata est, Rogerij afferentis obrem non defensam stipulationem hic fuisse commissam: quoniam etsi verum sit rem fuisse defensam, actumque iudicium cum eo procuratore quē ignorante actore reus prohibuit, & reuocauit: cum tamen eius conditio mutata fuerit de habente mandatum in non habente, aliud proorsus iudicium est, quam pro quo fuit satis datum: & ab alio defensum, quam quem defensurum fideiussores reproinisserūt: & cum personæ, aut saltim eius qualitatis mutatio facta fuerit, per inde est acsi non fuisse defensum: indeque recte Gaius obrem non defensam stipulationem committi docet.

Verū hanc Gaij mentē nō fuisse ex eo fit 50

apertū, quoniā vt ex clausula de re defendenda ^{Rogerius nō} stipu-

stipulation non committatur, satis est non ab eadem persona, quæ stipulatione comprehensa est, sed etiam à quacunque alia rem defen-

L. 3. §. si di. l. si quis. 3. §. si reus. ibi, si nemo eum defendat.
reus. §. obrē. suprà hoc titu. vbi si reus qui indicatum solui
l. 5. §. Nunc videamus. b. promisit, postea absens factus sit, (vel de-
mens, ut in Pandectis Florentinis) tunc obrē

non defensam committetur stipulatio, quan-
do nemo eum defendat: quoniam, ut genera-
liter Vlpianus in dict. l. 3. §. ob rem. ait, obrem

non defensam stipulatio non committetur,
quandiu potest existere qui defendat. Rursus
idem Vlpianus in l. iam camens. §. Nunc vi-
deamus supra h. t. qualis defensio requiratur,
& quarum personarum, ne clausula de re de-
fendenda committatur, tractans, resoluit quod
si quidem ex personis enumeratis in defensio-
nem quis succedat, palam est rectè rem de-
fendi, nec stipulationem committi. Idemque
si extrinsecus defensoris persona interueniat
si modo is (petente auctore, ut ego existimo) pa-
ratus sit rem boni arbitratu defendere, hoc
est satisfare se defensurum: vel etiam si sine
ulla satisfactione sit admissus, quia sibi impu-
tare debet qui talem defensorem admisit.
Ergo si res defensa dicitur, ut stipulatio ex
clausula de re defendenda nō committatur etiā
quo casu extrinsecus persona defensoris in-
teruc-

terueniat: longe magis idem dicendum erit, quando eadem persona quæ stipulatione cōprehensa est rem defendit, etiam si eius qualitas & conditio mutetur: quod enim in duabus personis receptum est, nempe & rei satis dantis & defensoris extrinsecus superuenientis, quare in una eademque recipiendum nō est: ut in alio proposito argumentatur Ulpianus in nobili illo suo responso relato in l. singularia. 15. D. si certū petatur: ex quibus iam constat aduersus Rogerium in hac nostra. l. si ante acceptum ex clausula dere defendenda, id est ob rem non defensam, stipulationem commissam non fuisse, ergo cum commissam in prima huius capituli parte doceat Gaius, alia iuris ratio querenda est.

Illud tamen antequam hinc abeamus ex superiori obseruatione tam vere, quam noue (nisi ego fallor) pro explicatiōne nostrae legis descendit: quod et si, ne ex cæteris clausulis, videlicet de re indicata, & de dolo malo stipulatio iudicatum solui committatur, mutatio non solum personæ, sed & conditionis siue qualitatis eius prætet: ut constat ex nostra eadem lege versi *qua si quis versicul* *Nam ut stipulatio*. *versie. & ideo, & versi. Nam & alias latiusque in* *fra dicemus, id tamen non admittitur in* *clausula de re defendenda, sufficit enim à quo-*

50. L. si ante acceptum iudicium. 7.

cunque defendi : committeturque tunc
si vel res in solidum defensa non sit , vel
non loco idoneo , alijs ve in casibus , quo-
rum meminimus supra numero 17. itaque
ex eo quod res non à satisdante , sed ab alio
defendatur corrupti stipulationem non
dicemus , quod an ad hanc legem alij con-
siderauerint , diligentis lectoris iudiciū esto.

52. Sequens nostræ legis lectuta (ut antiqui

Hugo putat ex clausula de dolo committi. aiunt) siue interpretatio , est , quam ex Hu-
gone insinuauit noster Accursius verbo ,
committatur infine & verbo Acceptum. versicu-

lo. Idem si dicas , tertio . Bart. d. num. 1. refe-
runtque posteriores , nouissima , videlicet
ex clausula stipulationis *Judicatum solui nem-
pe de dolo* , idest , dolum malum abesse
abfuturumque esse , commissam eam fuis-
se . Neque enim caret dolo reus , qui acto-
re non certiorato prohibet procurato-
rem ; ut sic cum eo homine iudicium ac-
cipiatur , & disputetur , qui legitimam per-
sonam in eo non sustineat : cum nec suo
nec alieno nomine iure defendat : aduc-
sus quem lata sententia ex clausula *de n-
iudicata* neque dominum ex regula I. Plau-
tius. 61. D. de procuratorib. neque cum
quia nulla aduersus ipsum actio erat , li-

gare poterit, ergo dominus, qui procuratorem constituit, pro eoque satisdedit, mox autem illum actore ignorantie prohibuit: eum iudicem etiam circumducit: aliud enim + simulauit, aliud egit: ergo dolum commisit, ut Caio Aquilio (qui primus de dolo formulas proposuit) placuit apud Marcum Tullium lib. 3. de natura deorum, lib. 3. de officijs. eidemque Ciceroni in Topicis, Seruio Sulpitio in. l. 1. D. de dolo mala, Sexto Pædio in. l. iurisgentium. 7. §. dolus malus. D. de pactis. Julio Paulo lib. 1. reccep. sent. tit. 8. Aurelio Augustino. tom. 8. Psal. 5. 14. 31. &c. 49. & tomo. 9. cap. 1. Ioannis tractatu. 7. & rursus tomo. 10. lib. 50. homiliarum: homil. 20. quorum sententias aduersus Labeonem, & Vlpianum grauiter & docte defendit Hispanus Petrus Velleius Gueuara lib. singulari de definitione doli mali. Ergo dolus & fraus domini, nocere ei debet, non actori: qui iusta & probabili ignorantia ductus cum eo homine causam egit, quem dominus suo nomine adesse initio voluit, aut saltim simulauit: alioqui iusta & probabilis ignorantia abesset actori, quod tamē bene fundatiuris prudentia non patitur, ut latius infra

52 L. si ante acceptum iudicium. 7.

insinuatque Gaius, ibi. & actor ignorans. & ibi.
quod si quis sciens. primo etenim in casu eo
quod ignorantia adfuit ex parte actoris, etiam
post prohibitionem stipulationem commit-
ti, docet, sequenti, quia prohibitionis scien-
tiam habuit, non item. Committi praeterea
dolus à reo potuit, & in ipsa quoque senten-
tia, si iudicem falsis instrumentis, testibus &
allegationibus decipiat, ut pro eo sentiam fe-
rat: sicque res non viri boni arbitrio, sed de lo-
se, & fraudulenter agatur. ex quibus Accurs.
d. verbo. Acceptum in fine, Hugonis opinio-
nem defendi posse putat.

54 Eam tamen improbat Bart. d. nume. 1. Ra-
phael Cuman. num. 5. & sane rectè, quoniam
stipulatio ob clausulam de dolo ad interesse
committatur ex ratione. l. iudicatum. 9. l. no-
uissima. 19. infra eod. ligaueritque sententia
reum eodem modo, quo ligaret si prohibi-
tus procurator non fuisset, ut ex huius legis
principio constat, nihil interest actoris ex-
clausula de dolo agere. Quinimò, si memineris
corum, quæ supra in protheorijs diximus. nu-
mero. 15. in principio ex ea committi non po-
tuit, cum ex clausula de re iudicata fuisset com-
missa (ut mox audiemus) ex qua si stipulatio
iudicatum solui commissa sit, cuane sunt cæte-
ræ, quæ ob hanc solum interponuntur. dict. l.

Si ac:

si accepto. 20. D. de acceptilat. d.l. cum quæ
rebatur. 13. versiculo proinde infra. cod. Cen-
de cum pro actore iudicatum fuit, nihilque
ei dolus obfuerit, neque effectum habuerit,
qui potuit ex eo stipulatio committi? ut in
alio p. oposito dicebat Vlpianus in l. i. in fin.
D. quodquitque iuris. quid enim (ait ille) obfuit
conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum? Deni
que si ex clausula de dolo cōmissa tuisset stipu-
lation, Gaij ratio in versi Nā vi cōmittatur, esset
inepta, cum nō ex mutatione cōmitteretur,
vel non committeretur, sed ex dolo.

Ergo cum ex argumento à diuisione reli- 55
quān iam sit ex clausula de re iudicata com-
missam stipulationem hic fuisse, quæ fuit an-
tiqui Ioannis Glossatoris opinio ab Accur-
sio hic verbo, *committatur* & verbo, *acceptum*.
versic. Item si dicas secundum relata, & à Bar-
tolo. dict. numero. i temel & iterum tequa-
ta, quid ex hac lege, & regulis stipulationis iu-
dicium solm cōstet, è re iam erit ostendere,
quod sanè non erit difficile, si, qui obstat ex
Plautio scrupulus remoueamus; namque
cum hic prohibitus fuerit ante acceptum iu-
dicium procurator à domino, & post prohi-
bitionem adhuc se liti obtulerit, sententia in
eo iudicio lata euin, non vero dominum li-
gare debuit ex dict. l. Plautius. & l. si non ob-

*Ioannis opini-
o prior.*

*L. Plautius.
D. de procu-
ratorib.*

tulit. 4. in prin. D. de ic iudic. l. si procurator
28. §. fin. ibi. quia nec iudicati mecum agi potest. D.
de procuratoribus. Regia l. fin. versi mas si. tit.
§. part. 3. vbi multa Gregorius. Lopez, & plura
Bernardus diaz regul. 681. vbi plures refert
eius additionator. Vnde cum alia sit, quam
p̄o qua fideiussores satisdederunt (interpo-
luerunt enim fidem suam, sp̄o ponderuntque
eam sententiam sc̄ p̄estaturos quæ aduersus
dominum lata fuisset) eos teneri iniquum es-
set, cū in id tantum obligentur, in quod obli-
gari voluerūt, vt iam diximus in protheorijs,
ex quibus consequitur ex clausula de reiudicatu
stipulationem committi non potuisse. Scrupu-
lum remouet Ioannes, quod etsi regulari-
ter sententia lata aduersus procuratorem qui
sine mandato experitur, quia iam prohibitus
est, non liget dominum, sed ipsum procurato-
rem: in hoc tamen casu dominum ipsum li-
gat, quia videlicet procuratorem auctore non
certiorato reuocavit, cui iniquum esset pro-
babilem ignorantiam obesse. Accursius
Ioannis & opinionem & explicationem se-
quitur, Bartolus sententiam probat, solu-
tionem non probat. Ego Ioanni & Accur-
sio assentior, nec multum distare Barto-
lum puto: & rem sic explicō, quoties man-
datum procuratori meo, vt is meo nomi-

ne in iudicio experiatur, dedero, satisdatione *indicatum solui* pro eo interposita (quæ non ab ipso, sed à me litis domino interponenda est. l. si ad defendendum. 10. infra h. t. docuit hic Accursius verbo, *prohibitus*. Quamuis enim Paulus Castrensis numero 1. exultimauerit, dicamus id obiter, satisdationem *Indicatum solui*, non principalem dominum, sed ipsum procuratorem interposuisse: quo casu cum aduersus fideiūsfores actor ageret, excludebatur ab eis, eo quod tempore fideiūssionis procurator mandatum habebat, quod si reuocatum non esset aduersus dominum, non aduersus procuratorem sententia lata esset, ut latius Castrensis prosequitur: mihi tamen magis placet Accursius, loquitur I. C. Gaius, quo casu procurator cum mandato ad iudicium accesserat, licet illud postea reuocatum fuisset: at qui pro defensore, qui cum mandato accedit ipse dominus satisdare debet. l. si ad defendendū. 10. infra. h. t. l. qui proprios 46. D. de procuratoribus. §. si verò. Institu. de satisdationibus. Deinde si in casu huius legis procurator satisdedisset, cum se liti obtulisse videbatur, & inde sententia aduersus eum, nō aduersus dominum ferenda esset,

*Setisdatio In
dicatum sol-
ui à quo fue
rit hic inter
posita.*

ex supra animaduersis, tenerenturque fideius
fores cum idem iudicium quodammodo mā
fisset saltim quo ad eorum latitudine, quod
tamen admittet nemo) illudque non reuoca-
uero, sed substituero: & secundum veritatem
& iuris interpretationem stipulationem cō-
mitti, firmamque manere dicemus, estque is
indubitus casus secundum bene fundatam
dicendi rationem: in eum enim satisdatio in-
terposita fuit. Idem t̄ codem iure dicendum
est, quoties datum procuratorem ignorante
actore prohibui: quoniam licet, ut committa-
tur stipulatio non sufficiat cum ea persona ac-
cepit fuisse indicium, quæ stipulatione cō-
prehensa, est sed oporteat etiam eandem per-
sonæ qualitatem esse, quæ stipulationis inter-
ponendæ tempore fuit, ut hic Gaius in versi.
Nam ut committatur, mutataque sit procurato-
ris qualitas hoc casu de habente mandatum
in non habente, ut nostri aiunt, Iuris tamē in-
terpretatione fingitur nō mutata, ex eo quod
non peruerterit prohibitio, hæcque mutatio
in notitiam aduersarij. Ergo quemadmodum
stipulatio committeretur, verè nunquam cō-
ditione mutata committitur, & cum fingitur
eam mutatam non fuisse, idque est quod i. C.
noster insinuare nifus est illis verbis, *Et actor*
ignorans, neque nouum est aut insolens opera-
ri idem

Noſter ex-
tus.

i idem fictionem in casu ficto , quod opera-
tur veritas in casu vero. vulgaris l filio quem
pater. 23. D. de lib. & posth. dixi aliud agēs in
prin. nu. 5. Inst. quibus mod. testam. infirmen.
passimq; notat Bart. & reliqui post eum in l.
si is qui pro emptore. D. de usucap. Vnde (ut
paulò superiùs dixi) iam intelliges qua ratio-
ne hic scripsérat Gaius in initio, ante acceptū
iudicium ignorante actore procuratore pro-
hibito, si adhuc cum eo actum sit, nihil aliud
dici posse, quam stipulationem committi. Itē
& quod Modestinus scripsit in l. si procurato L. si procure
rem. 65. D. torē. 65. D. de procur.
rem. 65. D. de procurator. sub versic. Itaque et si
postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, ta-
men iudicium, quo quasi procurator expertus est, ratum
esse debet. quod sequutus fuit Greg. I X. in ca-
pit. mandato. 13. de procurat. Mandato procura Cap. manda-
toris post litem contestatam à domino reuocato: si hoc
ignorante iudice, vel aduersario factum fuerit: iudicium
quod idem quasi procurator postmodum expertus est,
ratum esse debebit. Hucque pertinet text. in l. 1. L. 1. C. de sa
versic. itaque. C. de satisdando. iuncta Accursij
explicatione ibi, verbo, noluerit. Itaque et si po-
stea mutata voluntate (aiunt Cæsares) procurator
esse noluerit, tamen iudicium quo quasi procurator ex-
pertus est, ratum habere debebit. Ecce quæ in d.l. si
procuratōre proposuit Modestinus ab Imp.
& Pontifice in d.l. 1. & in d.c. mandato. trans-

cripta verba: ex quibus omnibus constat ratum illud iudicium esse, quod ignorante actoris cum prohibito procuratore actum est. Quod & probat text. in capit. ex parte Decani. de rescriptis, & per argumentum à contrario text. in capit. 3. de procurator. ubi tunc demum inualidam esse sententiam cum procuratore reuocato latam Pontifex docet, cum aduersarius reuocationem scierit. Con-

L. 24 tit. 5. cordat text. de iure Regio in l. 24. ibi. Empero p. 3.

*quando assilo quiere toller deuenlo fazer saber al juez,
o a su contendor: E non lo faciendo saber assi, deue va
ler lo q̄ el primer personero razonare, e fiziere en aquel*

58 pleyto rabiē como si no lo ouiesse tollido. tit. 5. p. 3. + ex
pendo verbū *ratum*, in dictis locis repetitum,
quod quid aliud quam *firmum*, *fixum* *constans*,
immobile significat apud Tull. 2. de natura deo-
rum. *Qui quum tam certos cœli motus, tam ratos a-
strorum ordines, tamque inter se omnia connexa &
apta videret. & paulò post. Astrorum in omni ater-
nitate rati & immutabiles cursus, & in Academi-
cis quæstionibus, verū illud certum, comprehen-
sum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis, &
passim alibi: etiam apud nostros Iuris Con-
sultos, vii plena manu ostendit eruditus
Barnabas Brisonius libro decimo sexto de
verborum significatione pagin. 553. quemad
modum + & ratum ac firmum illius testa-
men-*

mentum iure ciuili Romanorum dicimus,
qui cum in ciuitate esset illud ordinavit, po-
stea tamen captiuus apud hostes decessit.
vt in §. eius, qui apud hostes. 6. Institutis
quibus non est permisum facere testamen-
tum, & tamen constat stricto iure propter
superuenientem capitis diminutionem irritum
esse. ita in §. alio quoque modo, & in §.
non tamen. Institutis: quibus modis testa-
menta infirmentur, idque inductum pro-
pter legis Corneliae fictionem, quæ eum
paulò ante captiuitatem mortuum fuisse fin-
git, vt latè indictis locis scripsimus. Idque
non sine ratione, vt captiuorum iura con-
seruentur. Pari ergò ratione vt iudicia bo-
na fide cæpta rata sint, quorum publica
quoque est causa, eum procuratorem, qui
ignorante actore prohibitus est, & à dño re-
uocatus, non reuocatū nec prohibitū esse fin-
git: fauetq; eo casu iustæ & probabili actoris
ignorantiæ: vt & alias sæpè. l. Eius qui. 4 i. ibi.
si modo ipsi quoque ignorassent. D si certū petatur.
l. cū quis. 38. §. i. ibi. & debitor ignorans soluerit. D.
de solu. quæ duo Africani responsa licet in
dissimilibus speciebus loquātur: illud in man-
dato morte mādatis extincto, hoc in eo quod
contraria voluntate fuit reuocatū, semper ta-
mē actoris, siue debitoris probabili ignoratiæ

id tribuunt, ut quo ad eos nec extinctum, nec reuocatum mandatum censeatur, suntque non dissimiles decisiones in l. sed et si. 6. §. 1. D. de institor. aetione. in l. vero procuratori. 12. §. 1. l. si quis seruo. 18. l. si seruus. 32. l. qui hominem. 34. §. si Titium. D. de solutio. in l. sed & socius. 17. §. 1. cum lege sequenti. D. pro socio, & noua Clementis Papæ decisio in clem. i. de renuntiatione.

Reuocationem procuratoris à constitcente factam, nisi parti aduersæ, ac iudici nota sit, reuocantem non relevare, quo minus ex gestis cum eo teneatur, vt iuxta communem opinionem resolutit Benedictus Capra regula 58. numer. 3. & regula 59. numero 23. Alexan. consilio 83. numer. 8. volum. 7. Abb. in capit. in nostra. de procuratoribus. latè Baldus in. l. mandatum. C. mandati. & copiose Felinus in capit. ex parte Decani. de recip. Joseph. Mascaldo, de probat. vol. 2. conclus. 1015. numer. 5. qui cum alia pro hac opinione adduxerint, potuissent allegare nostram hanc legem. Si ante acceptum. 7. D. iudicatum solui, quæ cam enixe probat in principio: quod sic explicatum concinit versicu. Nam ut committatur, infra quoniam et si vere mutata fuerit personæ qualitas in

eo casu, quo reus procuratorem ignorantem
actore revocauerit, ac prohibuerit, perinde
tamen est, ac si mutata non fuisset: unde
fideiussores quoque tenentur, quoniam
iuris interpretatione est hoc illud idem iudi-
cium, pro quo intercesserunt.

Ex quibus descendit explicatio & disso-
lutio tertij argumenti, quod ex versiculo
quod si quis aduersus principium huius legis
Iuprā cum Barto. hic construximus. Quo-
niam, et si verum sit, tam in principio le-
gis, quam in versic. *quod si quis ante acce-*
ptum iudicium prohibitum fuisse procura-
torem: unde quemadmodum in primo ca-
su stipulatio committitur, committi debuit
& in altero: Aut, quemadmodum non
committitur in hoc casu, nec committi de-
buit in illo. Est tamen (ut iam audistis) in-
ter utrumque longe dissimilis ratio, cum
mutata conditione procuratoris ignoran-
te actore perinde sit, ac si non sit mutata, ma-
neatque iuris interpretatione & fictione il-
lud idem iudicium, pro quo fuit satisdatum:
eo vero sciente, sit aliud valde dissimile: cels
sat enim eo casu illa æquitatis ratio, ob qua
idem iudicium intelligitur, estque quid sibi
imputet actor, qui cum sciret procurato-
rem prohibitum adhuc cum eo egit, absque

Noster tex-
tus in princ.
& vers. quod
si quis.

eo quod ex integro sibi *iudicatum solui* promit tetetur, quemadmodum nec liberantur debitores, in d. l. eius qui in prouincia. 41. D. si certum petatur qui cum scirent serui kalendario p^ræpositi conditionem mutatam, ei soluunt. quò pertinent omnia quæ de mutatione qualitatis personæ, hic Caius adducit, qui, vt ego existimo, ex hoc versiculo *quod si quis sciens*. ad finem usque huius legis, eamdem semper retinuit speciem; quamuis eruditivi ri aliud putauerint; Aio eamdem retinuisse speciem in actore; nempe vt eo sciente contigerit qualitatis mutatio in procuratore, siue defensore, de qua in versiculo. *Et ideo*, & in versiculo, *nam & alias*. quod euidenter probant illa verba, siue etiam *prohibitus acceperit*. d. versiculo. *Et ideo*. vbi Caius probat, *quod si* procurator iam *prohibitus iudicium acceperit*, stipulatio non committitur; qui casus nisi sciente actore eueniret, contrarium esset respondendum, iuxta eiusdem nostræ legis principium. Ergo ne inuicem contraria respondere Caium dicas, necessariò fateri debes & in principio, & in hoc versiculo. *siue etiam prohibitus*. loqui de prohibito procuratore iudicium sufficiente, ibi actore ignorante, hic vero eo sciente, vt hinciam constet verissimum esse quod putamus, ex hoc versiculo. *Quod si quis sciens*

sciens. eundem casum semper I.C. retinere, quando huius modi qualitatis mutationes siue de habente mandatum, in non habentem, siue de non habete in habetem continent sciente actore.

62

Sed iam vos audio iterum contra hanc meam existimationem, eundem versiculū. *quod quis sciens. obijcere, constat enim in hu-
ius legis principio Caium loqui de procura-
tore suscipiente iudicium post prohibitio-
nem, ignorantे tamen actore: eundemque
casum retinere in versiculo quod quis sciens.
sciente eodem actore; ergo ne eundem po-
stea inculcare dicamus ind. versiculo siue
etiam prohibitus acceperit. quod utique esset
ineptum: consequens est aliquod sacramen-
tum latere in posteriori hoc membro. Ecce
(nisi ego fallor), est usque adeò necessaria ea
dem qualitas quæ erat tempore sationis
in persona procuratoris, siue defensoris: ut et
si postquam constitutus quis est procurator he-
res existat dño, nihilo magis stipulatio comit-
tatur siue heres existat dño qui in eadem vo-
luntate durauit, siue ei qui eū iam prohibuerit:
quoniā ea iudicij mutatio siue trāslatio, aliud
constituit quam pro quo satisdatū fuit: quæ
(nisi ego erro) est sententia illorum verbo-
rum. Et ideo si is qui procurator datus est, heres*

*Noster tex.
in versi. siue
etiam prohibi-
bitus.*

exti-



64 L. Si ante acceptum iudicium. 7.

extiterit domino, atque ita iudicium acceperit: siue etia
prohibitus acceperit, non committitur stipulatio. quā
si respuas, eadem sæpius Caium inculcasse fa
teri oportet, quod tamen nemo dicit.

63 Succedit explicatio quarti argumenti cū
cod. Bart. d. nu. 1. à. nobis supra nu. 26. inducti,
quod tamen ex his quæ in enarratione ratio
nis Gaij in versiculo, *nam ut committatur. nu. 38.*
& paulò superius. nu. 55. facile dissoluitur. Re
cte enim Bart. Angelus & cæteri hic contem
dunt, mutationem qualitatis procuratoris
ignorante actore contingentem stipulatio
nem non corrumpere, quoniam sententia
postea lata eodem modo ligat dominū, quo
cum ante reuocationem ligaret: estque acsi
qualitas mutata non fuisset. Quod quia latè
supra diximus, sæpius inculcare nihil attinet.

64 Ergo qui procedat quod Iulius Paulus ait
L. Seruus. 14. D. de ijs qui notantur infam.
not.inf. in. l. seruus. 14. D. de his qui notantur infam.
manere idem iudicium & si translatio perso
næ fiat, quod è regione est Caio in versiculo.

Et ideo. animaduertuntque Accursius hic ver
bo, *stipulatio.* Bart. sub eodem nu. 1. iam audia
mus oportet. Est enim maxime difficile
quod in hoc versiculo. *Et ideo.* Gaius ait, cum
65 generaliter cautum sit instantiam + cum de
functo cæptam, id est iudicium iam inchoa
tum, in eius heredem transire, siue actor fue
rit

rit defunctus. l. si petitor. 31. D. de iudicijs. l.
filius. 21. versicul. *multo magis* D. de in offic. te-
stamento. l. si operarum. 29. D. de operib. li-
bertorum. siue reus, ex d. l. si seruus. 14. D. de
his qui notantur infam. l. si eum hominem.
34. D. de fideiussor. l. 2. § fina. D. de prætor. sti-
pul. l. 1. C. si pend. appellat. Ex quibus videba-
tur cœptum cum procuratore iudicium (cæ-
ptum enim est interposita satisdatione *indica-
tum solui*. dict. l. si defunctus. 15. D. de procu-
ratoribus.) qui nomine domini, eiusque man-
dato litē agit, morte domini nō finiri, lōgeq;
minus eodem procuratore herede instituto.

Deinde, quia etiam constat non modo ex
parte actoris translationem litis in procura-
torem fieri posse. l. in causæ. 27. §. si ex parte. 66
D. de procurat. Quo casu stipulatio *indicatum
solui*, à teo facta, domino qui satis accepit cō-
mittitur: sed etiam ex parte rei, ita ut solemni-
ter pro eo *indicatum solui* satisdatione caueat. l.
qui proprio. 46. D. de procuratoribus. Quem
admodum & dominus siue actor, siue
reus, vti ante litis contestationem mutan-
di procuratoris, vel accipiendi iudicij libe-
ram potestatem habuit, sic à procuratore in
se iudicium transferre poterit post litem con-
testatā, sed causa cognita. l. ante litē. 16. l. post
litem. 17. & sequē. l. in causæ. 27. D. de procurat.

66 *L. si ante acceptum iudicium. 7.*

omnibusque his in casibus iudicio translato
Noster tex. indicatum solui stipulatio cum committatur.
vers. Et ideo d.l.in causæ. § sed et si procurator. Idem etiā
& in hoc versi. Et ideo dicendum erat siquidē
quo casu is, qui procurator datus est heres
existit domino, cum post aditionem heredita-
tis eius referat & repræsentet personam, iux-
ta vulgaria, & dominus quoque rerum & iu-
rium, quæ in ipsa hereditate erant, efficiatur,
veteres enim heredes pro dominis appella-
bant. §. fin. Instit. de hered. qualit. & diff. vbi
etiam obseruauimus: in dominium transla-
tum iudicium videbatur, stipulationemque
commissam, duo hæc quæ maxime obstant
huic versiculo. Et ideo, argumenta suo ordine
clarioris doctrinæ gratia dissoluamus oportet;
sic enim fiet ut omne quicquid ad Caium
spetet in medium proferamus.

67 Primum ergo non obstat, quoniam quan-
uis verum sit interposita satisdatione *iudica-*
tum solui quodāmodo iudicium cæpium dici
posse, saltim quo ad hoc vt illud accipere de
functo dño procurator cogi possit ex d.l. si de
functus, vere tamē cæptū nō dicitur ante litem
contestatā, vti ex pluribus eiusdem tituli *de pro-*
curatoribus capitibus deprehēditur: & ex l. am-
plius nōpeti 15.D. rē ratā haberi. vnde cum in
hoc versicul. & ideo. ante litem contestatam
domi-

dñs decesserit, cōstituto procuratore herede
 factō, cōceptā nō fuisse instantiā, cōsequēs est,
 indeq; iure optimo Gaiū scribere stipulatio-
 nē nō cōmitti, quoniā sī cū eo procuratore de
 inceps sciens actor agat, eius iā mutata cōdi-
 tione, aliud proflus iudiciū est, quā pro quo
 fuit satisdatū. Plane in d.l seruus. 14. D. de his *d.l.seruus.*
 qui notātur infamia, iā cōcepto iudicio defun-
 ctū deceſſisse manifeste cōstat: tum ex verbis
 eiusdē legis. *Seruus eius nomine noxale iudiciū dñs acceperit.* tū ex sentētia, quoniā alias defuncto
 dño extingueretur eius obligatio, & seruus
 ex sola sua obligatione, & suo nomine cōueni-
 retur, essetq; infamis, vt ecclē inibi insinuauit
 Iulius Paulus. *Ex eodē iudicio dānatus nō est famo-*
sus, quia nō suo nomine cōdenatur: quippe cū initio lis
cū eo cōtestata nō sit. Aduertitq; ibidē Albericus
 sub. n. 1. Sed adhuc vrgere poteris ex d.l. si de
 functus 15. D. de proc. quæ probat eo quod in
 terposita sit satisdatio iudicatu solui, etiā absq;
 contestatione, iudiciū cōceptū dici: indeq; in-
 instantiā in heredem trāſire, ex supra adductis.
 Vnde cū in hoc vers. *Et ideo interpositā eā sti-*
pulationē sine scrupulo fatēdū sit, qui enim du-
bitaret Gaius, an cōmitteretur, ea nō interpo-
sita? cōsequēs est cōceptū cū dño iudiciū, eius ve-
procuratore illi nomine: defūcto dño cū codē p-
curatore finiēdū esse: maxime eo herede factō

L. si defun-
ctus. 15. D.
de procurat.

Quare ut hæc & alia multa, quæ in d.l. seruus. & in d.l. si eum hominē. Bald. Angel. Albe. & alij scripserūt cesserent, amplectēda est Bart. solutio in hac nostra lege, si ante acceptum. nu. 1. versiculo. *venio ad versiculum & ideo*. quirecte arbitratur quæstionē d. l. seruus. ab hac nostra longe distare, quæstio enim à Iulio Paul. in d.l. seruus. proposita, eo tendit, vtrum seruus dānatus eo iudicio, quod cū domino cæptū fuerat, cū eo vero finitū, famosus efficeretur, quod de eius, nō de domini facto agetur, & iudiciū hoc cum infamē non reddere, quāuis idē sit, respōdet Paulus: quia quāuis ex suo facto, non tamen suo nomine condemnatur, quippe cum initio lis cum eo contestata nō fuerit: itaque probat idem iudiciū in heredem continuari, vt patet ibi. *ex eodem iudiciū damnatus.* iuxta ea, quæ de continuatione instantiæ in heredem supra adduximus. Quod sane non sufficit, vt stipulatio *iudicatum solui*, committatur: quoniam vt Bartolus noster ait, licet idem iudicium, tamen non est eadem conditio personæ, quod requiritur, vt hæc stipulatio committatur. fatetur ergo Bart. & in hoc nostro versiculo. *Et ideo instantiam cum defuncto ex sola interpositione stipulationis iudicatum solui*. cæptam iuxta d. l. si defunctus in heredem continuari: quemadmodū & in d.l. seruus:

seruus: non tamen inde sequi stipulationem
hanc committi debuisse, quoniam non suffi-
cit idem iudicium prosequi, nisi & persona sti-
pulatione comprehensa eamdem qualitatē
retineat, quam stipulationis interponendæ
tempore habebat. Vnde sequitur, quod si in
d.l. seruus, stipulatio interposita esset, non co-
mitteretur, interpositam tamen non fuisse sa-
tis constat eo quod actio qua ibi intendeba-
tur personalis esset, & in personalibus actioni-
bus stipulatio hæc non interponebatur, secus
in realibus. §. hæc ita. Inst. de satisfactionib.
cuius differentiæ rationem paucis ibi, verissi-
me quidem insinuauerunt eruditus Francif-
eus Hotomanus enūciatione 4. presius mul-
tò Franciscus Balduinus n. 11. ad fin. Itaque
ut quæ iuxta concordiam d.l. si seruas. cum
hac nostra in versiculo. & ideo. pertinet, com-
prehendamus superior Bartoli interpretatio-
ne celeberrimæ illius quæstionis, an & quan-
do lis cum defuncto cæpta in heredem tran-
seat, in cuius explicatione plura I. C. loca
occurrebant, præcipue à nobis supra nu-
mero 65. indicata. Verum quia hic non de
instantiæ in hæredem continuatione, sed
de stipulationis *indicatum solui* commissione
cum Caio disputamus Accurs. Bartolū & reli-

Iudicatum solui
stipulatio
in actionibus
realibus, non
in personali-
bus necessa-
ria.

70 L. si ante acceptum iudicium. 7.

Dominus Petrus Barbosa celeberrimus. I.C. quos sequuntur, eam missam facimus: libenter sane, eam enim nuper copiose, grauiter, & docte prosequitur doctissimus Lusitanus Petrus Barbosa totius Hispaniae iuris prudenter parés, in Conimbricensi Academia iuris Cælarei primarij Antecessoris emeriti, & nunc in supremo Regali Lusitaniæ senatu consiliarij, in commentarijs ad titulum. D. folio matrim. 2. p. sub. l. si constante. 25. §. fin. ex. nu. 15. ad. 30.

69 Difficilior sane est quod posteriori loco supra numer. 66. aduersus versiculum. & ideo obijciebamus argumentum ex d. l. in causæ. 27. §. si ex parte. D. de procuratorib. & his quæ ibi de translatione litis à domino in procuratorem, & à procuratore in dominum diximus, & iuris Consultorum testimonijs probauimus; omnibusque his in casibus stipulationem *Judicatum solui* committi. Quod ut Accursius hic verbo, *Non teneri dissoluat*, nimis anxius est & laborans; quibus, quoniam similis est decisio d. l. Julian⁹. ii. D. qui satisd. L. Julianus cogant. easque simul & Accurs. & Bartolus dis. 11. D. quis putarūt, ne molesta inculcatio vos fastidiat; tisid. cogant. eas etiam nos coniunctim exponemus.

70 Accursius igitur ut earum nodū dissoluat *Accurs. inter* discrimē cōstituit inter mutationē qualitatis *pretatio una* cōtingētē siue noua mādatione, siue illi⁹ *ad d. l. Julian⁹* reuoca-

reuocatione, siue iudicij trāslatione cæpto iā
 iudicio; & ea quæ ante acceptū iudiciū fit. Nā
 que si ante lité cōtestatā mutatio fiat, stipula-
 tō nūquā cōmittetur iuxta nostrū tex. qui vt
 s̄epius diximus, de ea mutatione quæ ante ac-
 ceptum iudicium fit, loquitur, vti ex eius ver-
 bis constat, tam in principio ibi. *Si ante accep-*
tum iudicium, quā in versi. nam ut committatur. ibi
non sufficit cum ea persona acceptum esse. &c. &c ibi.
atque ita acceperit iudicium; siue etiam prohibi-
tus acceperit. & tādem in versiculo. vltimo, ibi.
Deinde vel procurator ab eo datus, vel postquam
heres ei extiterit iudicium acceperit. Quoniam
eo casu iudicium acceptum cum ea per-
sona, quæ eandem qualitatem non habet,
quam habebat quo tempore satisfactio in-
terposita fuit, aliud est quam pro quo satisfac-
tum est, ideoque fideiussores non tenētur: vt
iam s̄apē diximus. Si vero lite cōtestata muta-
tio, siue trāslatio contingat, quoniam tunc
idem iudicium manet stipulatio committi-
tur, ex d. §. si ex parte. ibi. h̄is translatio fiat ne
que enim potuit transferri lis quæ iam cæp-
ta non esset: vnde cum lite cōtestata incipiat,
non antea. I. amplius non peti. 15. D. rem
ratam hab. consequens est cæptam iam fuisse
 in d. §. si ex parte. 71
 Hæc tñ Accursij solutio displicuit Bar. & re-
 liquis, Accurs. inter
pretatio re-
iecta.

liquis, & sanè merito, cum in vtraque distinctionis parte falsa sit. Ecce, in d.l.Iulianus.ii.
 D. qui satisdare cog. ante litem contestatam mutatio contingit, Julianus ait (inquit Vlpianus) si antequam mandarem tibi vi fundum peteres, satiis acceperis petiturus fundum, & postea mādato meo agere institueris, fideiūssores teneri, & tamen vides stipulationem committi, versa vero vice etiā lite contestata contingente mutatione stipulationem non committi probat Papinianus in d.l.i § fin. D. quibus modis pig. vel hypothē. soluitur, vt constat ex eius verbis ibi. in dominum iudicio postea translato. Et quoniam non auctoritate tantum, sed & ratione quoq; agē dum est; ratione etiam Accursium conuinca mus oportet. Nam si mutatio postlīte contestatam contingens vites stipulationis non eneruat, vt Accursio placebat, quando iam persona procuratoris, siue defensoris firmata est in iudicio: longè minus eneruari debet mutatione ante litem contestatam contingē

72 72. C. de sentent. & interlocut. omnium iudiciorum iudiciū

ne cum procuratore facta, ipsum propemo dū dominū litis effici. l. procuratoribus 22. l. nulla. 23. C. de procura. Adeò (vt obiter id dicamus) vt Seuerus & Antoninus Imp. in l.i. C. de sentent. & interlocut. omnium iud. non vidorisibi rationem habere sententiam eius rescri-

rescripscerint, qui cum cognouisset inter peti-
torem & procuratorem, non procuratorem,
sed ipsam dominam ditis condemnauit, cuius
persona in iudicio non fuit: posseque ut re in-
tegra denuo de causa cognosci. Debuit enim
iudex in persona procuratoris, non etiam do-
mini siue mandatoris sententiam concipere:
quoniam lite contestata ille rem quodammo-
do nomine exequitur, ut de dolo eius excipi
post litem cōtestatam possit. l. si procurator.
9. D. de doli mali & met. excep. ipseque alium
procuratorem recte dat, quod ante litem cō-
testatam inutiliter faceret. l. quod quis. 8. l. ne
que tutores. 11. ad fin. C. de procur. l. 19. tit. 5.
part. 3. vnde fit, lite contestata iudicium à pro-
curatore in dominum transferri, nisi causa
cognita non posse. d. l. ante litem. 16. d. l. post
litem. 17. D. de procur. Ex quibus omnibus
palām fit, quod cum maior sit mutatio condi-
tionis post litem contestatam, & sic post per-
sonam firmatam in iudicio, quam ante, quem
admodum hoc casu stipulationis vires non
eneruantur, ut aiebat Accursius: ita nec quo
casu ante iudicium acceptum qualitas muta-
tur, cum longe minor mutatio sit.

Nec proderit Accursio, si ut eū defendas, 73
subtiliter declinare velis Papinianum in d. l. L. 1. §. D.
1. §. fi. D. quibus modis pignus vel hypotheca
K soluit. fol. quibus mod. pig. vel hyp.

solutus. contendes ibi mutata conditione, siue iudicio traslato, lite etiam contestata, non fuisse commissam stipulationem; quoniam tex-tus ille non in procuratore sed in defensore loquitur, qui licet nomine domini iudiciū prosequatur, absque eius tamē mādato, ut in pro-theorijs nu. 8. diximus. vnde cum lōge minus iuris in lite & causa habeat, mirum non est co-mutato iudicio, quod cum ipso cæptum erat stipulationem non cōmitti, & fideiullores, & pignora quæ data erant, non teneri.

74 Hæc enim solutio, licet subtilis, ex eo con-vincitur, nā quemad modū lite cōtestata iudi-ciū à procuratore trāferri nisi causa cognita nō potest, etiā procuratore cum dño, ut iudi-ciū suscipiat, agere volente, nōdum enim per-fecit mandatum. I. si mandato. 45. §. sed si mā-dato. D. mandati. Ita interdum accidit(quod forsitan aliquis miretur) vt si lite contestata postulet dominus , cuius nomine defensor sine mandato alius extitit , litem suo nomi-ne suscipere, non aliter ipse dominus audia-tur (vt Modestinus ait in. I. is, cuius nomi-ne. 64. D. de procurator.) nisi causa cog-nita : cum scilicet ante litem contestata in præsentia fuerit dominus, domini enim de-fensori adsidētis præsentia vim talē habet, ut mandato comparetur; & defensor cui domi-nus

nus adfuit nō iā pro defensore, sed pro vero procuratore habeatur: quod nec accusatio, nec Bart. suboluit, verbis tamē luteconsulti omnino cōgruit: sed rationi quoque ac iuri cōsentaneū esse dixerit, qui & in vero procuratore præsentia domini, vt & eius ad aduersariorum literas, huius esse potestatis didicerit, quod Modestinus idem docet in. l. si procuratorem .65. de procuratorib. vt & si postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo procurator expertus est ratum esse debeat.

Sed dices, & non sine ratione, hæc quæ proxime de defensore resoluimus, non quadrare Papiniano in d. l. i. §. defensor. D quibus mod. pignus vel hypotheca solu. qui nō d defensore præsentis, vt Modestinus in d. l. is cuius nomine: sed de defensore absentis loquitur. Defensor absentis (inquit Papinianus) cautionem, iudicatum solui præsticit: in dominum iudicio postea traslato fideiussores ob rem iudicatam, quos defensor dedic non tenebuntur: nec pignora quæ dederunt. Vnde facilius ab eo iudicium ad dominum transferri potuit, lite iam contestata: quo translato stipulatio non committitur propter nostræ legis rationem adiunctis latè in eius exornatione congestis.

Id tamen, argumentum non dissoluit: quo
niā quoad hoc nullū esse inter absentis & prē
sentis defensorē discimē, probare videtur. l.
Titius 76. D. de procuratorib. exqua constat
non solum lite iam cæpta, verum & ante eius
cōtestationē interposita ab absentis defenso-
re satisfactione, litis dominū esse, iudiciūque
accipere compelli, ut sic tandem rem clauda-
mus posteriorem partē distinctionis, qua con-
cedit hic Accursius, mutatione qualitatis cō-
tingente accepto iudicio stipulationē cōmit-
ti, expresse impugnari ex d.l. 1. §. fi. quemad-
modum & prior ex d.l. Julianus.

77 Ea ergo interpretatione reiecta, difficulta-
tē d.l. Julianus. vt interpretes dissoluant mīte
variāt, quorū interpretationibus referēdis lō-
gissimo commentario opus essec. Quare, ne
longior sim, eam sequendam admoneo,
quæ ab Accurso ibi verbo, Julianus. in princi-
pio, & in d. l. in causæ. 27. §. fi. verbo, com-
mitti & hic verbo, teneri, tradita frequen-
tiori calculo ab omnibus probata est: Bart-
hic, Ruiner. 1. Paul. hic & ibi, Iaso. num.
4. Alex. & Socinus nu. 7. Ioan. Horoscio. n. 4.
Petro Castalio in notis ad illam l. Julianus.
& d. §. fi. Nicolao Vigelio lib. 6. Digestorum.
capit. 10. causa. 1. except. 4. & qui nemini-
nem refert Petr. Fab. lib. singulari scme-
strium.

Vera inter-
pretatio d.l.
Julianus, &
noſtri tex-
tus.

strium . cap 13 . videlicet differimen consti-
tuendum esse inter mutationem procurato-
ris , siue iudicij traslationem ex parte actoris ,
& eam quæ fit ex parte rei ; illo enim casu sti-
pulatio committitur . d l. Julianus . d . § . fi . hoc
vero non ita ex hac nostra l . *si ante acceptum* . &
d . l . i . § . fin . D . quibus mod . pign . tel hypot . sol-
uitur . plane hanc Accurſij solutionem & in-
terpretationem his iuribus quadrate satis cō-
stat , ait enim Julianus apud Vlpianū lib . 78 .
ad edictum . quod si quis antequam ei man-
dem vt fundum petat , satis acceperit petitu-
rus fundum , & postea mandato meo agat fi-
deiſſores tenentur . Satis species hæc pro-
bat de actoris procuratore I . C . loqui : quē-
admodum & ea , quæ ab eodem Vlpiano
proponitur in d . l . in causæ . 27 . § . *si ex parte acto-*
rīs litis trāslatio fiat . Gaium vero hic , & Papi-
nianum in d . l . i . § . fin . in rei procuratore &
defensore loqui certissimū est , ex toties præ-
stitæ satisfactionis , item & defensoris inculca-
ta mētione . Vnde cum tex . in d . l . Julianus . &
in hac nostra l . *si ante acceptum* . in dissimili , non
in eadem ſpecie loquantur , diuersi potius ,
quam aduersi censendi sunt , ut recte ibidem
Albericus , & laſo animaduertunt .

Parum autem nos prætitiffe iure dicet 78
quispiam , si inter horum capitū hypothesim

*Accursij dif differentia constituta, eius rationem silentio
ferentiae ra- inuolueremus: plures tradiderunt hic, & ibi-
tio inter mu- dem Accurs. Bart. Paulus Alberic. Raph. Ale-
tationem ex parte actoris, xand. & Iaso. Ea tamen magis arridere vide-
& ex parte rei.
tur, quæ ab Accurs. hic glos. fin. insinuata est,*

*probaruntque Iacob. de Ate. Petrus de Bella
pert. Albert. & Iaso. in d. l. Julianus, ideo con-
tingente mutatione qualitatis, siue iudicij
translatione ex parte actoris stipulationem
committi ex d. l. Julianus, & in d. l. in causæ §.
fin. quoniam cum ea mutatio in ea persona
contigerit, quæ satis accepit, præiudicium
aut grauamen inferre non debet ei qui satis
dedit, quod sane non leue esset si prima satis-
datione extincta iterum cogeretur satisdare:
nec enim è facile fideiussores promittunt,
nec dati nisi causa cognita rejiciendi sunt, ar-
gum. l. si ab arbitrio. 10. D. qui satisdare cog. er-
go grauamen hoc, iniquaque cōditio ex acto
ris factō qui mutationem siue translationem
fecit, reo inferri non debet, ex vulgari regul.
l. non debet. 75. D. de regulis iuris. Quod si ex
parte rei mutatio siue translatio contingat,
stipulationem non committi æquum est; ex-
stincta enim iam est fideiussorum obligatio,
qui in eam causam satisderunt quæ stipula-
tione comprehensa fuit, quæ tamen sola
qualitatis mutatione alia iam est & diuersa:*

nec

nec est quid possit queri actor, cui ex hoc nul-
lum infertur præiudicium: qui si quos accepit
fideiussores liberatos audit, alios æque ido-
neos iterum exposcere poterit, ex regula &
sententia. l. quoties. 6. D. qui satisdare cog.
aliás sibi imputaturus, si nouam cautionem
non exegit. dict. l. iam tamen. 5. §. nunc videa-
mus in fine. ibi. quia sibi imputare debet qui talem
defensorem admisit. supra eodem. Præterea nec
est cur reus hoc casu satisdare recusans audiē-
dus sit, cum ea mutatio non ex alieno, sed ex
proprio facto contigerit, qui sane potuit sibi
iniquam hanc, quinimo & deteriorem con-
ditionem inferre, ex sententia d. l. non debet.

Verūm hæc Accursij differentiæ ratio quā 79
uis admittenda videatur, quo casu à reo pro-
hibitus fuit procurator, vt in principio huius
legis, & in versicul. siue etiam prohibitus, in quo
est quid possit imputari ei, quare procurato-
rem suum, pro quo iam satisdatum erat, reuo-
cauerit: non tamen quadrat versic. Et ideo si is
qui procurator datus est heres extiterit Domino nce
versi. vel postquam heres ei extiterit iudicium accepe-
rit. nihil enim est quod possit imputari domi-
no eo quod decesserit, nullus nāq; mortaliū,
quamuis in id omnes nati simus, est qui cra-
stinū sibi nō pollicetur: & nihilominus hoc
etiā in casu stipulationē extingui cōstat ex hac
nostra

*Accursij dif-
ferentia re-
prehensa.*

nostra lege. Quo argumento ab Accursio discedit Bartolus hic num. i. ver. 1. *sta non est vera.*

80 + Hoc tamen argumentum non tantum est, ut Bartolum ab Accursio separaret, quoniam etsi reo nihil possit imputari in *versi*, Et ideo, eo quod decesserit ut Bartolus ait, est tamen quid ei imputetur, quod illum heredem scripsit, quem procuratorem sciebat: quo facto scire etiam debuit eius qualitatem adeo mutari ut stipulatio corrumperetur. Nec obstat si, ut Bartolum defendas contra Accusatum replices, eos etiam quos nunquam testator vidit frequenter heredes institui posse. l. extraneum. ii. C. de here. inst. §. fin. Inst. eod. sicque nullum eius factum esse, ex quo culpam arguamus: nam etsi ea institutio valida est ex dictis iuribus, non tamen frequens, sed certe insolens, cum eos semper heredes instituere soleamus, quorum merita affectionem nostram prouocarunt. l. nec adiecit. 2. D. pro socio. de qua plura Arius Pinelus in l. 1. 3. par. num. 60. *versic Probatur secundo.* C. de bonis mater. persuadebisque tibi non difficile, si consideres cum hic fuisse institutum, cui ante testator causas litesque suas agendas commiserat. Discedimus igitur ab Accurs. non ob Bartoli argumentum, quod facile declinasti, sed qui avera ratio ex Caio nostro hic extrahenda est. Interim

terim autem quidquid Accusio placuit proponendum.

Ergo idem † in d.l.Iulianus.eo verbo. sub gr
versl. *Et est ratio.* aliam huius rei esse existimat,
quoniam cum mutatio ex parte actoris con-
tingit, proprie mutatio dici non potest: cum
enim nullum haberet mandatum agere non
potuit, sique nullum iudicium fuit, & in-
de nihil quod posset mutari exvulgatis, quod
si postea ratum habeatur ab actore, quod à
non procuratore suo nomine gestum est, da-
tumque illi mandatum sit cum gestorum,
sive actorum ratihabitione, cum huiusmo-
di ratihabitio retrotrahatur, perindeque sit
ac si ab initio mandatum intercessisset, ea-
dem semper causa videtur, idemque iudiciū
pro quo à reo satisdatum est, vnde iure opti-
mo firma manet stipulatio, cum nulla inter-
uenerit mutatio. Aliud tamē est in reo, cuius
nomine cum etiam sine mandato quis in iu-
dicio possit experiri, iudiciumque cum defen-
sore gestum, & actum iudicium sit, si manda-
tum ei datum sit, aut eius qualitas alias muta-
ta, vt quia reo heres extiterit, (vt in casibus
nostræ legis) non idem, sed aliud iam iudiciū
est, quam pro quo satisdatio fuit interposita:
vnde stipulationem extingui consequēs est.

*Alia Accur-
sij ratio.*

Accursius in d.l.Iulianus versic. sed hæc solu- 82

tio, sentiens difficultatem ea constituta differentiæ ratione non eneuari, in se ipsum argumenteratur: eo quod constet etiam ex parte actoris iudicium absque eius mandato agi & incohari posse, illudque idem manere si post modum mandatum ei fuerit, qui antea sine mandato agebat. l. 3. §. stipulationem versic.
sed si forte, sup. hoc tit. cōmittique eo casu stipulationem ante mandatum interpositā probat Vlpianus. Ulterius Accursij ratio conuincitur, eo quod non semper mandatum ei præstitum, qui sine eo in iudicio experiebatur, cū actorū approbatione fiat, quo casu ante acta inualida & infima adhuc manent, est enim ut valeant ratihabitio semper necessaria, vnde cum Accursius velit in d. l. Julianus non tantum mandatum, verum etiam ratihabitionē intercruenisse: idque ex verbis Iuliani non deprehendatur, iure optimo Angeluseum hác rationem somniasset ibidem aduertit: & ab ea discedit hic Bartolus. Deinde & ex eo Accursius refellitur, quoniam ex eius sententia mandatum à reo defensori datum, qui absque eo illum ante defendebat, retro non trahitur: ne que eum operatur effectum quem habet ab auctore præstitū, quod tamē falsum est, nā sicū ratihabitione datū fuit siue à reo, siue ab aucto re retro trahi, perindeque haberi, ac si ab initio

tio intercessisset dubium non est, ex generalitate vulgaris regulæ. Ratihabitionem. 10. in. 6. si absque ea, quæ admodum in actoris procuratore qui sine mandato experiebatur, qualitatē nō mutauit, ita nec in rei defensore mutare oportet, qđ si dixeris mutari, quæ sit cōtra iuris vniuersalia principia differentiæ ratio ostendas quæ so.

Vnde Bart. hic col. 3. in principio sub eodē 83

n. 1. antiqui Martini aliā differentiæ rationem adduxit, ideo cōtingente mutatione, siue iudicij translatione ex parte actoris stipulatio nē cōmitti: quoniā (vt Bartoli interim verbis utar) ex parte actoris nō potest quis venire in iudiciū, nisi actoris nomine, & ideo superueniente mandato, vel rati habitione retro trahitur, & singitur negotiū semper ad actorem pertinuisse l. si pulli. 6. §. item quæritur D. de neg. gestis. is enim qui ratū habet, ipse negotiū gesisse videtur. Vnde cum nulla mutatione variatio facta sit merito stipulatio cōmititur. Ex parte verò rei potest quis etiam sine mandato proprio suo nomine admitti, veluti si nouādi animo accedat: atq; ita superueniente mandato cū illud retro trahi nō possit quoniā nihil eius nomine gestū est, maxima mutatione fit, aliudq; prorsus iudiciū cōstituitur unde stipulatio cōmitti nō pōt. Quā Martinira tionē, tāquā à se excogitā eruditus quidā hui'

*Martini diff
ferentie.*

nostræ Salmanticensis Academiæ vii mecum contulit, contendens maxime quadrare Papi niani verbis in d.l. i. §. fi. D. quibus mod. pig. vel hypot. sol. rimabaturque consulto Papi nianum posuisse exemplum in defensore qui nomine suo, non vero domini, litem suscipit, quemadmodum & similiter Caius noster in versiculo. *Nam & alias.* in defensore etiā loqui tur, ergo cū fideiussores intercesserint pro eo iudicio quod ipsum defensorē, nō dñm ligā bat, facta postea iudicij translatione in domi nū, qui iā suo nomine illud prosequitur, siue codē defensore herede instituto, aut à domi no procuratore constituto, quibus casibus similiter alio nomine lis & iudicium finitur, aliud iā iudiciū est, quā pro quo satisdatū fuit, vnde nec interpositi fideiussores, nec data pignora tenētur. Fitque consequens aliud in procuratore dicēdū esse, qui cū nomine domini iudiciū suscipiat, nulla postea mutatio noui mādati interuētu, fieri intelligitur. Quā noua doctissimi viri excogitatio placuerat etiā olim antiquissimo Gulliel. de Cu. in d. l. Iulianus. cuius & Martin. meminit. Bart. hic.

84 Sed quod tātorū Iuris consultorū pace di Martinus re xerim, ea sententia multiplici ex capite con probens. uincitur. Primo quoniam etsi contingere ali quando possit, ut defensor quis, non nomine domini,

domini, sed proprio existat, ut eruditus ille
vir putabat, veluti si quis suo nomine animo
nouadi abtentis obligationē & causam, ad iu-
diciū accedat: (quod tamē ipse ad hęc iura nō
agnosco, nec nunc memini me legisse: quini-
mo ut audacius loquar, cū defendantē nō reūtē
eo casu vocari contēdā, cū non alienā, sed pro-
priā causam nouatione facta defendat) Papinianū
tamē in d. §. fi. non de eo defensore qui
proprio nomine lité suscepit, sed nomine ab-
sentis iudicium accepit loqui, enīc probant
priora verba. *Defensor absentis.* quò respexisse vi-
dentur nostriæ legis verba. ibi nam & alias si
quis absentem defendens satis dederit, itaque causam
agebat defensor in his iuribus *citra dñi mā-*
datū, eius tamē nomine: quod in omnibus de-
fensoribus regulare esse admonuimus supra
in protheorijs n. 19. contēdūtque omnes qui
de verbis iuris scripserūt. *verbo defensor.* Mat-
thæus Vvesembekius in paraphrasi D. de pro-
curatorib. n. 12. vnde idē eius ratihabitio pos-
set operari, quod quę ab actore fit: nēpe ut res
à defensore nomine domini gesta, ab eodem
domino rata habita, perinde haberetur, ac si
ab eo ab initio facta fuisset. Itē & illud, ut non
aliud, sed idem iudiciū esset etiā in dominum
translatū. Quod tamen expresse Gaius & Pa-
pinianus indictis locis rei ciunt, contenden-

*l. I. §. defen-
sor. D. quib.
mod pignus.*

tes stipulationem non committi, nec fideiussores, nec data pignora teneri. Quoniā noua qualitate accedēte ex supērueniēte mandato in nostro versicul. Nā & alias. siue trāslatione iudicij a defensore in dominū facta in d. §. fi. aliud iā iudiciū est. Spopōderūt enim fideiussores nominatim se iudicium illud soloturos quod à Titio (verbi gratia) defensum esset, vnde cū iā trāslato iudicio non à Titio, sed à domino defendatur, de cuius diligentia & cura forsam nō ita cōfidebāt (adde l. inter artifices. D. de solutionib.) iniquum esset eos cōpelli. cum præterea sententia aduersus defensorē lata eum ligaret, accedēte vero mandato, nō cum sed dominum. d.l. Plautius. 61. D. de procuratorib. atque ita perspicue constat iure res pondisse Gaium, item & Papinianum stipulationem committi non potuisse. Deinde (vt conuincam in d.l. i. §. fi. defensam fuisse rem nomine domini, non proprio) considero trāslationem iudicij à defensore in dominium facta, quæ sane nisi domini nomine illud cęptū fuisse, fieri non posset, iuxta ea quę de iudicij translationibus grauiter & docte nouissime scripsit Petrus Fabet libro singulari semestriū cap. 13. Ulterius cōtra Martinum & sequaces considero, non magis verum esse, quod ipsi docēt, aliud in procuratore quā in defensore dicen-

dicēdū, quoniā cū domini iudiciū accepit;
 & si postea fiat translatio, idem illud iudiciū
 videtur, & inde fideiussores tenebuntur: id
 enim expræsse conuincitur à Gaio hic, qui
 non indefensore tantum, sed & in procurato-
 re loquitur, & tamē stipulationem corrumpi
 contendit. Reliquū ergo est Martini & Guiel-
 lielmi opinionem reijciendam.

Quid ergo in sub obscura re, quod se- 85
 riū sit constitui potest? Audiamus veneran-
 dum Iuris ciuilis parentem, commune m
 que omnium præceptorem Bartolum. is in
 huius legis commentarijs sub nu. 2. in initio,
 verissimam putat differentiæ rationem: quia
 (ecce eius verba) quando contingit mutatio ex par-
 te actoris, non mutatur ille respectus, cuius respe-
 ctu fideiussor interuenit. Nam ipse semper promisit res
 pestu iuris, quod est vel erat apud actorem, & siue iudi-
 cium erceatur per actorem, vel eius procuratorem,
 vel per eius coiunctā personā, semper illud ius actoris in
 iudicio deducitur. Sed quādo contingit mutatio ex par-
 te rei, mutatur iste respectus, cuius respectu fideiussor
 promisit. Hactenus ille. Quæ Bartoli ratio (vt
 antiquorum verbis vtar) meo quidem iu-
 dicio est mera veritas, & à Gaio nostræ le-
 gis authore in omnibus huius capitil exemplis probata; fluitque explicatio Bartoli do-
 ctrinæ ex eadem qua I.C. committi, vel non
 com-

Bartoli Ve-
 ra differētiae
 ratio.

88 L. si ante acceptum iudicium. 7.

committi stipulationem contendit in versic.
Nam ut committatur, de qua lato sermone supra
ex num. 55. diximus mutationem qualitatis
personæ quæ, stipulatione comprehen-
sa est, stipulationem corrumpere, quo-
niam ea mutatione mutatur etiam respectus
cuius causa fideiussores interuenerunt, ita-
que ut committatur non sufficit cum ea per
sona acceptum esse iudicium quæ stipulatio-
ne comprehensa est: sed oportet etiam can-
dem personæ qualitatem esse, quæ stipulatio-
nis interponendæ tempore fuit. Quam ra-
tionem, ut & Bartoli quoque aperiam, ego
ex omnibus huius legis partibus sic explicabo.

86 Ecce, † quando habens mandatum fideiusso-
res dedit, (iuxta Castrensis opinionem, quæ
Bartolo etiam hic placuit numero. 2.) aut à
domino dati sunt (iuxta Accursij sententiam
quam ex l. si ad defendendum i.o.h. t. magis
probauimus supra,) utroque casu fideiussores
dati promittunt respectu illius sententiæ, quæ
dominū ligaret, cuius mandato & nomine ne-
gotiū siue iudiciū agendū erat, ex d.l. Plautius
61.D.de procur. ponere reuocatū mandatū, &
tunc ut nostri Gaij distinctione utaris necessa-
riū est. Nam aut eiusmodi reuocatio ignoran-
te auctore facta fuit, quo casu cum eodē modo
sententia dñm liget, quo ligaret reuocatione

non

non facta ex d.l. si procuratorē. 65. D. de pro-
 curat. cōiunctis late suprà adductis ex nu. 55.
 cōmittitur stipulatio, & fideiussores tenētur,
 quia respectus cuius causa intercesserunt nō
 mutatur, idque est quod Caius in initio ait.
*Si ante acceptū iudiciū prohibitus fuerit procurator à
 domino, & aetor ignorans prohibitiū eum esse egerit,
 an stipulatio cōmittatur? & nihil aliud dici potest quā
 committi. Quod t̄ si aetor reuocationem sciat,* 87
 adhucq; prohibitū procuratorē sciens cū eo
 agat: quia iam respectus mutatur, lataque sen-
 tentia non dominū, sed procuratorē ligat. d.
 l. Plautius, stipulatio ex Iuliani sententia non
 cōmittitur, cum fideiussores in cū casum quo
 dominū sententia ligaret interpositi essent.
*Quod si quis sciens (inquit Gaius noiter) Prohibi-
 tum eum esse egerit, Iulianus non putat stipulationem
 committi. Idem t̄ quoque probat Gaius invers.* 88
*Et ideo, quando procuratori heres extitit dño,
 quo casu mandatum quoque reuocatur, cū
 idem rei suæ procurator esse non possit, vt fe-
 renda erat. l.i. C. de sentēt & interlocut. omn.
 iudicum. ligabitq; iam hæc sententia eundē
 procuratorem dominum factum, quem tamē
 antea non ligaret, sed testatorem ipsum qui
 cum heredē fecit ex repetita l. Plautius. Nec
 dicas hoc casu sententiam semper ligare do-
 minum, cum dominus etiam procurator sit:*
 M Vnde

Vnde idē iudiciū videbatur, sicque qualitatē cuius respectu fideiussores interuenerūt, nō mutatā, quoniā etsi ab eadē persona, quæ stipulatione cōprehensa est iudiciū acceptum, prosequutūq; sit: nō tamen ab ea, quæ ciudē sit qualitatis quæ stipulationis interponendæ tempore fuit, quod omnino necessariū est, ex nostro I.C. hic. Nam ut stipulatio. &c. quippe stipulatione comprehensa fuit persona Titij (verbi causa) procuratoris, iudiciū verò accepit Titius iā dñs effectus, ecce mutationē qualitatis nō paruā. Deinde adiūgere poteris, ini quū esse fideiussores quæ pro eo iudicio intercesserunt quod dñm iam defunctū ligaret, teneri pro eo quod Titiū ligat: forsitan enim nō sic Titij fidē, ut antiqui dñi sequerentur, sicq; iā vides & hoc quoq; casu respectū fideiussonis mutari, rectissimeq; percipies Gaij sensū ibi. Et ideo si is qui procurator datus est, heres extiterit dño, acque ita iudicium acceperit, siue etiam prohibitus acceperit non committitur stipulatio.

89 Deniq; † & idē etiā animaduertes ex vers. Nā & alias, & ex d.l.i. §. fi. D. quib. modis pig. vel hypoteca soluitur, quādo quis absentē defendēs satisdederit: nā sī postea procurator effectus sit iure fideiussores liberātur, interuenirūt enim pro ea sententia quæ defensorē sine mandato agentē ligaret: vnde cū intercedente mandato nō defensorē, sed dñm sententia tecneat

nēat d.l. Plautius, sicq; omnino mutatus respēctus fuerit, stipulationem fumescere consequens est. Recte ergo Gaius, Nam & alias responsum est, si quis absentem defendens satisdederit, deinde vel procurator ab eo datut, vel postquam ei heres extiterit, iudicium acceperit, fideiussores non teneri.

Ergo ex tā lōge petitis iā cōstat, mutationē qualitatis ex parte satisdatis stipulationē semper corrūpere: nō verò si ex parte satis accipiētis mutata fuerit, quæ est Accursij doctrina ab omnibus sequuta, vt suprà admonuimus. Vnde recte idē noster Bartol. infert, præstita satisfactione ex parte actoris, (si quādo ab eo præstāda esset) iuxta Auth. Generaliter. C.de episcopis & clericis. Auth. libellū. C.de litis cōtestatione (quarū tñ decisiones in desuetudinē ab ijsse Accur. & reliqui cōtestant' in. §. sed hodie. Inst. de satisdat.) mutatione interueniente, fideiussores nō teneri, quia mutat⁹ fuit respect⁹ cuius causa intercesserūt: iustaq; hac in interpretatione Accur. doctrinā adiuuādā esse.

Quo eodē modo dissoluendū est argumen-
tū posteriori loco ex Vlpiano in d.l. 3. §. stipu-
lationem versicul. sed et si forte, supra eodem.
adductum, quippe ideo ibi stipulatio com-
mittitur, quamuis procuratoris, siue agentis
qualitas mutata fuerit, quoniam ex parte sa-
tis accipientis mutatio contingit, quod satis
probāt illa verba, à quibus mādatū nō exigitur, &

92 *L. si ante acceptum iudicium. 7.*

ibi. ni fuerit ei mandatum vel ratum habitum & magis ibi. quod enim eis agere permittitur. &c. Textus

92 *† autem in d.l.licet. 56.D. de iudicijs.eodem L.licet. 56. in loco à nobis cum Accursio hic.schol. fi. ad D. de iudic. fin.& Bart. nu. 3. contra Gaium inductus , ad rem non pertinet. Nullum enim verbum ibi de stipulationis indicatiū solui commissione:sed an lis ab eo, qui cum procurator non esset cōtestata, si postea dominus ratum habeat , esse cōstum sortiatur : & cum ratihabitione , retro res in iudicium deducta videatur, per inde est ac si ab initio mandato domini lis fuisset contestata. Adde,& cū textum in actoris quoque procuratore loqui vt constat ibi. retro res in iudicium recte deducta viderur. Vnde & si stipulatio fuisset interposita, nihilominus committetur ex supra traditis.*

93 *Superiorem tamen resolutionem , Accur-*

L. si petitor. sijque & Bartoli communem sententiam difficile nimis reddit Iulius Paul⁹ in l. si petitor. 8.infra.h t. si petitor (inquit Paulus) post satisfacionem ante iudicium acceptam heres possessori extiterit: extinguitur stipulatio. Ecce mutationem ex parte actoris satis accipientis stipulationem corrupere: effectus enim fuit possessor, qui ante petitor erat, ideoq; nō cōmittitur stipulatio, ex ratione (vt nonnulli putant) huius nostræ legis in versiculo.nam vt committatur.

Sed id M.

Sed ego nec cā est illius tex. rationem, nec cum Accursij doctrinæ obesse contendō: deduco enim verū eius sensum ex alio ciudē lūlij Pauli respōso in l. 2. supra eod. *cum lite mortua* (ait ille) *nulla res sit: ideo constat fideiūsores ex stipulatu iudicatum solui non teneri.* atque ex alio Vlpiani in l. cum quæ rebatur 13 §. proinde. infra eod. vbi docuit finita lite, ad quam defensio erat necessaria, vel solutione, vel trāsactiōne, vel acceptilatione, vel quo alio modo cōfestim euānescere stipulationē. Ergo cū in d. l. si petitor. possessori petitor heres extiterit, aditione confusa fuit actio, ex vulgatis. Unde stipulatio necessaria non fuit, ne quis pro se sibi fideiūsores de iudicato soluendo dedisse videretur. pro ea que causa & lite, quæ iam extinta erat: conductit † textus in l. si cum hominem. 34. D. de fideiūsorib. vbi idē Vlpianus ait, quod si ego à te seruū p̄te-
L. si eum ho-
 minem. 34.
 D. de fide-
 iūsor.
 rē, & tu eū defendēs satisdedisses de iudicato soluendo, mox decedens eundem seruū here-
 dem scripsisses; isque meo iussu heredita-
 tem adierit, stipulatio euānescit, quoniā ut re-
 ēte Accursius ibi, per seruū tibi heres existo,
 sicque cū principalis obligatio extinguatur,
 accessoria quoque extingui debet.

Restat itaque iam verissimam esse rationē 95
 à Gaio hic scriptā quacūque qualitatis perso-

næ, quæ stipulatione cōprehēsa fuit, mutatio
ne contingente stipulationē nūquā cōmitti.
exqua & si plura inferri possent, ea tamē quæ
utiliora sint vobis proponā. & in primis illud,
quod cū argumētū de personis ad res validū
iure nostro sit, textus. in. l. qui furere. 20. vbi
notarūt Bald. & Alber. D. de statu hom. l. si
quis filio exheredato. 6. §. ergo. D. de iniusto
rupto, irritoque fact. testā. l. si quis inquilinos.
112. §. si ita legatū. D. de legatis. lib. i. Paul. cōf.
224. quemadmodū in hac nostra lege muta-
tione personæ, siue qualitatis eius corrūpitur
stipulatio, *iudicatum solui*: mutatione etiā actio-
nis, siue causæ fumescet. l. cum quærebatur.

L. 13. §. si fuero infra eodē. Vbi stipulatione su-
per vna re, actione ve interposita, si deinceps
actor aliā rē petere, vel alia actione vti cæpe-
rit, nō cōmittitur. quod idē docet Vlpia. in. l.
nō ab iudice. 64. §. si quis alio. D. de iudicijs.
L. non ab iu-
dice. 64. §. si ibi. non committetur stipulatio, quia de alia re cau-
quis. D. de iu-
tum videtur. & sane recte, nam qui aliam rem
incipit petere, alia ve actione vti, nouam cau-
sam iudicij inducere videtur, vt est expresse
cautum in. l. cum quæritur. 12 cum duabus se-
quentibus. in. l. si is qui. 25. §. si. infine. D.
de excep. rei iudicat. l. neque ad exhiben-
dum. 3. ibi. quia mutatione litis alia res esse incipit.
C. ad exhibendum. vbi plura adducit Accur-
sius

sius verbo, *litis*. l. *hereditas*. 3. C. de pet. hered.
ergo fideiussores non tenebuntur ex late ad
noltrum tex. animaduersis.

Secundo infero nostri tex. sententiā non solū 96
procedere vbi personæ qualitas , siue causa
mutata fuerit: verū & quādō eadē persona, ea
dēque qualitate manente, eius animus muta-
tur, & nō codē proposito, & ex eadē causa ad
iudiciū quis accessit, quo fuerat cū stipulatio
interposita fuit. l. 3. §. sed quod de tutori. vers.
sed & siquidem. sup. h. t. vbi si quis tutor cū esset L. 3. §. sed
al res pupilli administrandas nō tāquā tutor quod. b. t.
accessisset, puta quia ignorabat se tutorē esse,
vel ex alia causa stipulationem nō cōmitti res-
pondet Vlpianus qui statim in. §. si tutor. idē
hoc cōfirmat, vbi tutor ex ea causa egerit, quę
ad administrationem eius non pertinebat.

Vlterius hinc infero explicationē ad tex. 97

in. l. 2. §. fi. D. de administratione tutor. quo in
loco ax Marcelli sententia Vlpianus etiam
docuit, fideiussores à tutori, qui pupillum de-
fendebat de iudicato soluendo datos libera-
ri, & stipulationem quam interposuerant ex
tingui, si tutoris conditio mutata fuerit, vel
quia tutor esse desierit, vel quia pupillus ab
hereditate , cuius causa lis orta, & iudica-
tum solui cautio à tutori interposita fuerat,
abstinuit: qui sane textus nimis ad nostri ex-
orna-

ornationem conducebat, licet Accursius ibi verbo, satis deducit, putet eum accipi non posse de iudicatum solui, cautione, eo quod eam interponere non sit cogendus tutor. l. i. §. sufficit. D. illo tit. ibi. Nec cogendi sunt tutores cauere ut defensores solent, quoniam licet non cogatur, potuit tamen interponere, maximè cum rem sui periculi non ficeret: ut magis cordate præsentit eiusdem paragraphi glossa in calus positio ne: & insinuat Vlpianus, qui cum in principio illius legis docuisset ex condemnatione facta in pupilli negotio, actionem iudicati in tutorem non dandam, postea in eo. §. fin. ut illud sine dubio esse ostenderet ait, non solum eo casu procedere, sed & illo quo tutor de iudicato soluedo satis dedisset, quoniam mutatione causæ contingente non solum ipsis, sed & eius etiam fideiussoribus subueniretur, ex nostri Gaij ratione: quæ tamen ibi non suboleuit Accusatio.

98 Deinde, quod iam in prothorijs admonui sub nume 16. quoniam mutatio nulla maior est, quam quæ novi iudicis interventu continetur, contendeo iudicis persona mutata, cuius respectu iudicatum solui cautum est, stipulatio.
cum apud nem non committi. l. 3. l. cum apud 20. h. t. 1.
non à iudice. 64. §. fin. D. de iudicijs, coniuncta prima glossæ interpretatione. ibi. quæ illa verba.

verba signis alio iudicio actarus indicatum solui sacis
accepterit, deinde ad iudicio agatur &c. interpretatur
id est coram alio iudice. Quae interpretatio ut
omnes ibidem fatentur, est sanc verissima, licet
illi textui non conueniat.

Vnde ad utilē & quotidianiā quæstionem inscri-
ro, an fiduciūssones indicatum solui liberentur per
appellationem à reo principali, vel ab auctor
re interpositam: an vero teneantur de iudica-
to in causa appellationis: perquā libenter no-
stra vagariuntur ratio, maxime tamē temporis
angustijs premimur, adeo ut vix hæc à nobis
exarari, & à Typographis excudi potuerint,
missam disputationem facio: resolutionem
sic constituo. Existimarūt plures stipulationē
appellatione non extingui, eos refert Boerius
decisione. 315 n. 1. Contraria sententiaveriore est,
ut multis quoq; placuit, quos te ab uno, quod
aiūt, repetita exactissime explicans, omnino
quidē vidēdus) recenset Carolus Molincus
in extricat. Labyrin. 2. p. exi 53 o. Boerius ubi
supra Paulus Parisius cons. 171. vol. 4. nu. 30.
Franc. Vetus lib. 2. communū opinionū. opi-
nione atq; Iulius Clarius lib. 5. recept. 5. fin. nu.
20. Petrus Costalius in cap. ad uicem. in notis
ad l. incau. 2. 27 §. si ex parte. D. de procurat.
Late Franciscus Onozius Pancorbinus libro
sing. observationum. cap. 2. per totum. Ioān.

100 L. si ante acceptum iudicium. 7.

Yáñez Parlad.lib.2.rerum quotid.cap. fi. §. p.
§.5.nu.8.Tyberius Decianus.cōs.19.nu.173
lib.3.Iacob.Menoch.conf.119.nu.16.& conf.
246.n.5.Petrus Grego.3. p.syntagmat.lib.24.
cap.4.nu.15.

100 Restabat inter alias vtilissimæ etiam alte-
ludicatu sol
ni fideiuss
res an exe-
quutionē pa
tiantur. rius quæstionis disputatio, quam in uitus sanc-
silentio in uoluō: quippe, in quantum tenea-
tur fideiussor de iudicato soluendo, & an sen-
tentia contra reū lata absque nouo processu
& lite, ut nostri loquuntur, executioni mādari
cōtra eū possit? Accursi. verbo. *Persoluere*. in l. fi.
C. de usuris rei iudic. arbitratur posse fideiusto-
rē, post cōdēnationē rei principalis sine alia
cōdēnatione, & absque discussione alia bono-
rum, trāfacto tempore solutioni, & executio-
ni concessō, ad solutionem cogi, quia statim
atque iudicatum est, id est quando sententia
trāfuit in rem iudicatam, stipulatio *iudicatum*
solum committitur. l. si à colono. 59. §. fin. D. de
fideiussoribus l. 1. sup. h. t. l. fin. C. de executio-
ne rei iudicatæ (sic supplenda est Accursij
glos. dict. verbo. *persoluere*.) glossa similis in c. i.
de iniuria & dam. dat. lib. 6. sequitur Bar. in d.
l. 1. supra eodem explicat copiose Baldus in
l. 2. §. in fideiussorē, ubi late cæteri. D. qui satis-
da. cog. disputat Gui. Papæus. q. 26. ubi in eius
additione plura accurate Stephanus, Ran. &

ita ius

ita iudicauit senatus Parisiensis ex alijs referente
Petro Gregorio. 3. p. syntagma. lib. 24. cap.
4. n. 13. Milleloquiū iuriis. ca. 268. Alex. cons.
131. lib. 2. Corneus. cons. 211. lib. 3. Rebuss. 1.
tom. tit. de literarū oblig. glo. 3. arti. 6. n. 33. Iu-
lius Clarus lib. 5. recept. sent. §. fi. q. 95. elegan-
ter Bartol. Socin. cons. 91. vol. 4 ex nostris gra-
uiter & docte doctissimus Roder. Suarez in.
l. post rē iudicatā. ad legē Regni. casu. 9. & in
d. l. 2. delos *Emplazamientos*. §. Sed pone quastionē.
n. 6. & utrobiq; diligēs ei⁹ additionator Iaco.
Vald. Ioan. Matien. in. l. 10. tit. 16. li. 5. nouæ re-
cop. glos. 1. n. 30. quāuis, vt ea sentētia proce-
dat necessario renūciationē beneficij excusso-
nis requiri, ex alijs cōtēdat (vt neminē nō refe-
rā) Ioan. Yañez Parladorius lib. 2. rerum quo-
tid. cap. fi. 4. p. §. 7. nu. 6. eos videbitis.

Habui hęc, quę tumultuario hoc tēpore vix
potui inuenire, disponere & contexere pro
huius text. enarratione; ea qualiacūque sint
et quo animo accipite. Audistis etiā & quę no-
stri cōpetitores auditoribus suis dictabāt, quę
alijs præstēt vestrū erit iudiciū. Valete & viui-
te fālices. ex nostro Musxo. 23. Nouembris.
anno. 1600.

*Antonius Pichardus Vinuesa
V.I.Salmanticensis Doctor.*



D. Petrus Lanchero de Figueroa Doctori
 Antonio Pichardo Vinuela.

*Quo desiderium, sola que publica
 Tu nunc uilicas exposicu[m] rapies
 Finem perpetuis pone laboribus,
 Qis os laus prædicat uictima.
 Magnis nobilicas secula fructibus
 Partis ingenio: sed cupis impiger.
 Nullis parcere curis, ut in arduis
 Sis præstantior omnibus.
 Hec sunt qua superant nomen, & hostium
 Multorum titulos: nam tua plurimos
 Virtus conciliat non docilis patria
 Doctorem tibi comparem.
 Certatum studijs ludit inanibus
 Proca x dum meritis vincitur emulus.
 Et te muneribus conscientia principem
 Hac dignum schola concinie.*

anno 1600.



